AN PVRA PHILOSOPHIA


NOBIS AB ARISTOTELE TRADITA

Re vera sit, ac esse possit fundamentum Thelogicarum, nobis extrinsecans cognitionem rerum.

QVÆSTIO SEPTIMA


A' DOMINICO TVSCO
REGIENSE CIVE

In hunc, qui sequitur disposita modum, & Censuræ Sacrosanctæ Ecclesiæ oblata, subiecta, ac humiliter commendata, vt eius illustrata lumine Sanctissimæ consecretur veritati, ad Dei Triniunius gloriam Amen.



BONONIÆ, M.DC.LXV.

Typis H. H. Dominici de Barberijs. Sub Signo Rosarum. Sup. permissu.







T ea,quæ in præcedenti tractatu de Diuini vtilitate, virtute, efficacia, & neceſsitate verbi diuino fauore, & gratia à nobis tradita fuerunt, diuino etiam ſemper magis illuſtrentur, & clareſcant lumine, nonnulla quoq; pro viribus nobis à Deo impartitis non admittenda eſſe demonſtrare vtile exiſtimauimus, quoniam per ea obumbrari videtur diuini gloria verbi ob quemdam humanæ in illud abuſum ſapientiæ, quod ſatis appoſitè oſtendi poſſe arbitrati ſu-

mus occasione superius propositæ
quęstionis, quam aggredientes illius exitum Deo Trino, & Vno,
de cuius diuini agitur gloria verbi, enixè, ac toto
corde omni cum humilitate commendamus.







T ad quęſtionis huius determinationem breuiſſimè deueniamus, negatiuam tenendam eſſe arbitramur partem, in eam nos humana, & diuina trahente ratione, ac Sacræ auctoritate paginæ, quæ tanti per ſe ipſam eſt ponderis, vt alias omnes ſuperet probationes, quæ à nobis adduci poſſent, quoniam inſolubilis eſt veritatis, & auctoritatis. *Io. c.10. nu.35. Luc. c.24. nu.46.* & Primò, quia ſcientia vniuerſalior pro ſuis non poteſt habere principijs, & fundamentis principia, & fundamenta alterius ſcientiæ ſe minus vniuerſalis, quia minus vniuerſalia, tamquam inferiora, & minus lata nequeunt ſe vniuerſaliora tamquam ſuprà ſe poſita, ac ſe magis lata compræhendere, & determinare, ſed ab ipſis potius compræhenſa, & determinata eſſe. Secundò, quia vna ſcientia diuerſæ non poteſt habere principia, & fundamenta ſcientiæ, alias non diuerſa, ſed vel vna, & eadem omninò eſſet ſcientia, vel illius ſaltem pars ſcientiæ, cuius propria dicta ſunt verè principia, & fundamenta. Nam, ſi ea re vera ſunt principia, ex quibus res quælibet conſtat, & ſine quibus illa eſſe non poteſt, & illud eius eſt fundamentum, ſuper quod illa inſidet, & ſubſiſtentiam habet, & extra quod, propriam tamquam baſim, ſubſiſtat, impoſſibile eſt, ſcientia conſequenter talis ſit, oportet, eius qualia ſunt principia, & fundamenta, quia ab illis ſubſtantiam recipit, in his baſim, & firmamentum habet. *Iob. c.28. nu.1. & 8.* quemadmodum ergo naturalis ſcientia ex eo, quod de ijs, in ipſa quæ ſunt, tractat, natura, quæ phyſis, reſpectiuè verò illa phyſica, eorum ſic ſcientia meritò philoſophia appellata fuit: ſic etiam diuinorum ſcientia ex eo, quod de ijs, quæ ſupra noſtram ſunt, tractat, naturam, ad quorum notitiam diuina omninò egemus reuelatione, non naturalis, ſed ſupranaturalis dicatur ſcientia, ipſa poſtulat ratio, quia ſecundum ſcientiæ ſubſtantiam, eius ſit, decet, nomen *Eccl. c.6. nu.23.* hæc ergo ſi ſupernaturalis eſt, naturalia quomodo poterit habere principia, & fundamenta, quæ non ſupra ipſam, ſed in ipſa ſunt natura, ab ipſaq; pendent, & in ipſa conſtabilita firmamentum habent? alias à natu-

ra

ra suæ sumens principia, & fundamenta substantiæ, vel non supernaturalis, sed naturalis esset, & nostræ omnino per omnia esset subiectibilis intelligentiæ, quia naturalia noster suaptè natura capit intellectus, vel supra se ipsam ipsa esset natura, quæ omnia sunt sibi exaduerso contraria,& consequenter simul stare omninò non possunt,nam, *si ea, quæ sunt hominis, nouit nemo, nisi spiritus hominis, qui in ipso est homine, sic ea, quæ sunt Dei, nouit nemo, nisi spiritus Dei, qui in ipso est* natura *Deo, nisi ergo Deus suum de altissimis miserit Spiritum Sanctum,* qui ea nos doceat, ea sciamus, impossibibile est *Apost* 1. *ad Cor. c.2. nu.9. 11. & 12. Sap.c.9. nu.17. Isa. c.64. nu.4. Io.c.14. nu.26. c.15. nu. 26. c.16. nu.13.* & si ea, quæ supernaturalis huius sunt obiecta scientiæ, ac in ea tractantur, re vera non secundum hominem, sed secundum Deum sunt, neq; ab homine, sed a Deo accepta fuerunt, & ab eo in nos ex puro, & gratuito eius peruenerunt dono *Apost. ad Gal. c.p. nu.11. p. ad Cor. c.2. nu. 12. & 13. c. 12. nu. 11. c.14. nu.36. secunda ad eosdem c.10. nu.13. Ad Eph c.2. nu.8. c.3 nu.3. c.4 nu.7. Ad Rom.c. 12. nu.3.* quomodo philosophia, quam supernaturalis huius statuunt esse extrinsecans fundamentum scientiæ non secundum hominem esse dici poterit, si non solum ea, quæ sine sacræ auctoritate paginæ loquimur, omnia secundum hominem esse dicantur. *Apost. 1. ad Cor. c. 9. nu.* 8. sed etiam certò scimus, & confitemur, quod illa sit secundum sæculum hoc, & huius elementa mundi, à quo, & à quibus, tamquam, nequam, nos venit eripere Christus, quoniam verè *mundus totus in maligno positus est Apost. ad Gal. c.1. nu.4. Ad Eph. c.2. nu.2. Iac.c.1. nu. 27. Io.1. c.2. nu.16. c.5. nu.18.* sed & expresse confitemur illius auctorem fuisse, & esse Aristotelem, & illi eam accepto ferimus,& illius propriam esse affirmamus, quē scimus,& confitemur fuisse hominem? secundum ergo hominem illa existens, & ab homine puro, & hoc ethnico accepta secundum præfatam Apostoli sententiam vim theologicarum extrinsecandarum rerũ per se habere nõ poterit. *Mat. c.16. nu.23. c.8. nu. 33. Apost. P. ad Cor. d. c. 14. nu. 36. Ad Gal. d. c.1. nu. 11. & 12. & 13. Idem* propterea *P. ad Cor. c.1. nu. 19. 20. & 21. c.2. nu. 4. & 5. c. 3. nu. 19.* ex vna parte videns, quod *Deus elegerit per diuini sui prædicationem verbi saluos facere credentes,* & quod salui fiant sine fide, impossibile sit, & quod fides ex diuino hoc à Deo electo, & nobis ipso iubente prædicato oriatur verbo, quæ ad actum non peruenit nisi ei fidenter, ac vlla sine hæsitatione, vel physicæ perquisitione rationis acquieuerimus, ita exigēte summo Dei imperio, cui subiecta sunt omnia. *Deut. c.18. nu.18. Mich. c.5. nu.14. Mar.c.16. nu.16. Io. c.3. nu.36. c.8. nu.24. Apost. ad Rom. c. 10. nu.17. c.4. nu.19. 20. & 21. Ad Heb. c 3. nu.7.*

*nu.7. 18. & 19. c.4. nu.2. c.11. nu.6. c. 12. nu.25. Ad Eph. c.1. nu.9. & 11. c.2. nu.*8. altera ex parte memorans, quòd Aristoteles vir clarissimus, & alij philosophi excellentes pro irrefragabili inueniendæ veritatis, ac sciendi methodo statuissent, quod nulli assertæ prius acquiesceremus rei, quam illius inuentam haberemus rationem, vel causam; propter quam dicta asserta res esset, & sine qua illa esse non posset, & quod ista sciendi methodus in hominum omnium mente ità obduruisset, vt ab ea illam eximere difficillimum esset, quia pro summa haberetur sapientia, & ab ea recedere stultitia, ne quis hoc specioso delinitus prætextu sibi persuaderet, quod hac etiam in rebus fidei vti deberet methodo, tamquam præcedenti medio ad inferendam, & suscipiendam fidem necessario, quia hoc diuino esset exaduerso contrarium decreto de diuino credendò verbo, cui credere apud Deum sapientia est, cur enim his, quæ nobis dixit Deus, fidenter non acquieuerimus omni remota hæsitatione, ac vlla sine perquisitione rationis ad id nos abundãtius persuadentis, si Deum veracem esse credimus, prout eum talem esse explicitè credamus, oportet? quia non Deus esset, si non verax esse posset. *Apost. ad Heb. c. 11. nu. 6. c. 6. nu. 18. Act. Apost. c.2. nu. 41. c. 8. nu.37. Num. c.23. nu.19.* ea propterea humanitate, & gratia, quibus auditores suos adhortari consueuerat. *P. ad Cor. c. 3. nu.*18. ad eos conuersus sic *B. Apost.* ait: *Inter vos ergo, qui seculi huius sapiens est, stultus,* precor, *fiat, vt apu dDeum sit sapiens* verè, hoc est, vt simplici eius acquiescat verbo omni penitus reiecta hæsitatione, atq; rationis, & causæ physicæ perquisitione, quoniam ita facere verus est fidei actus, quem intra nos de diuino re excitemus verbo, vt actualiter illa in nobis formetur, necesse est, quemadmodum fecit Abraham pater, & exemplar credentium, quem sibi complacuit Deus nobis imitandum proponere, vt ad eius fidei normam nostra perficeretur fides, vt sicut contra spem à physicis sibi ereptam rationibus, & causis, in spem eius, qui supra naturam est, eius acquiescens verbo ab eo fidelis est habitus, sic & nos eius sectantes vestigia fidei si ita faceremus, fideles quoq; haberemur. *Isa. c. 51. nu.2. Ap. ad Rom. c. 4. nu. 19. 20. & 21. c. 10. nu. 17. Ad Heb. c.3. nu.8. & 18. c. 4. nu. 2. c.11. nu.6. c. 12. nu.25. Ad Gal. c. 1. nu.6. 7. 8. 9. 11. & 12. c. 3. nu. 3. 5. 7. & 9. P. ad Thess. c.2. nu. 13. Ezech. c. 3. nu.17. & 27. Io. c.8. nu. 39. & 47. Act. Apost. c.15. nu. 7.* qui consequenter diuini auditi verbi prius, quam ei acquiescat, physicam vult inuenire rationem, vel causam, cuius medio, an ei acquiescendum, seù credendum sit, scire queat, manifeste internam suam detegit incredulitatem, primò, quia sic faciens re hæsitando diuino non acquieuerit verbo, secundò, quia

ad

ad fidem, & salutem nostram aduersus ipsius Dei electionem, & electionis decretum priorem, & potiorem facit philosophiam ipsi diuino verbo. *Apost. p. ad Cor. dd. c. 1. n. 19. 20. & 21. c. 2. nu. 4. & 5. c. 3. nu. 18. & 19. Isa. c. 59. nu. 21. Deut. c. 18. nu. 18. & 19. Mar. c. 16. nu. 15. & 16. Io. c. 8. nu. 39. & 47. c. 6. nu. 45. c. 12. nu. 48. Luc. c. 1. nu. 18. & 20. Psal. 72. nu. 11. Psal. 77. nu. 19. & 22. Mich. c. 5. nu. 14. Ier c. 23. nu. 22. Act. Apost. c. 11. nu. 14. & 15.* & passim per omnia scripturæ loca: quis enim rationis tam expers est, quin planè perspiciat; quod qui assertionis alicuius vlteriorem exquirit rationem, ei re vera non acquiescat? quia, si ei realiter acquiesceret, nil vlterius omnino exquireret, ei consequenter nondum acquiescens, nondum quoq; ei se credere suo hoc expresso manifestat facto *Ezech. d. c. 3. nu. 27. & Apost. ad Heb. dd. c. 3. nu. 15. 16. 17. 18. & 19. c. 4. nu. 2. Sap. c. 3. nu. 9.* ad fidemq; ipsam præcedenter requirens philosophiam, quantum in se est, fidem ipsa destruit philosophia, & aliud euangelium ponere tentat *Io. c. 3. nu. 36. c. 2. nu. 24. c. 6. nu. 45. c. 8. nu. 47. c. 12. nu. 48. Apost. 2. ad Cor. c. 11. nu. 4. Ad Gal. c. 1. n. 6. 7. 8. 9. 11. & 12.* Diuino enim qui non credit verbo, neq; Aristoteli, si adhuc viueret, neq; mortuo resurgenti, & de visu veritatem attestanti crederet *Luc. c. 16. nu. 31.* nec putet quisquam ex eo, quod de Aristotele, & alijs in communi verba fecerimus, & facturi simus philosophis viris excellentissimis, ac omni laude dignis, deq; ipsa philosophia, & eius vsu, & abusu hac sumpta occasione studuerimus, vel studeamus in eos, eorumq; scientias, & virtutes conuitia inferre, vel ipsam damnare philosophiam in proprijs ipsius terminis, & quatenus aliarum est ornamentum scientiarum, ac naturale naturalium exprimendorum conceptuum medium, quia testis est Deus, quod non solum præfatos velut meritissimos, sed & omnes toto corde in Deo diligamus, reuereamur, & veneremur, si non quantum eorum merita exigant, quantum saltem exiguæ, & imbecilles nostræ patiuntur vires, etsi quemdam damnemus philosophię abusum eum vanum appellãtes vsum, hoc facimus, quia vitia laudari non merentur, non autem conuitij causa, & vt huius rei omnis suspicio cesset, & sinceritatis intentionis, ac instituti nostri in hac ventilanda quæstione radicem facilius inuenire quisq; valeat, ex hac deducere poterit instantia, nam si magis inesse videbatur, quod B. Ioannes Baptista, quem D. Noster Iesus Christus, & Sanctum, & maiorem inter natos mulierum esse declarauit, diuino eius verbo claritatem præbere posset, & non posse à Domino declaratur. *Io. c. 5. nu. 34. & 41. c. 15. nu. 20.* sic nec Aristoteles, nec eius philosophia, nec alius quoq; purus philosophus possit, cõsequens est, quia verbũ Domini infinitè lucidius

dius, clarius, & efficacius est omni humano verbo. *Psal.* 118. *nu.* 105. *&* 160. *Psal.* 18. *nu.* 9. *Io. c.* 17. *nu.* 7. 8. *&* 17. sicut ergo Dominus, & magister est maior, & efficacior seruo, & discipulo suo, sic verba, & rudimenta Domini, & Magistri efficaciora erunt verbis, & rudimentis serui, & discipuli, propterea, *d. Io. c.* 15. *nu.* 20. dixit: *Si Sermonem meum non audierunt, vel seruauerunt:* nec vestrum audient, vel seruabunt: ideò. *Ezech. c.* 3. *nu.* 7. rationem reddens cur illius auditores eius verba non audituri essent, ait: *te audire non possunt, quia verba mea audire nolunt*; & qui non possunt audire verba Dei, à nullo hominum possunt erudiri. *Io. c.* 8. *nu.* 43. *Ier. c.* 7. *nu.* 28. *& c.* 8. *nu.* 9. ideò, qui serit, plantat, & rigat, vt dicit. *Apost.* 1. *ad Cor. c.* 3. *nu.* 6. *&* 7. nõ ortus, vegetationis, vel accretionis est auctor, sed ministrator, verbum verò Dei est verum fidei semen, à quo illa oritur, atq; illuminamur, &c. vt diffusius suprà in tractatu de diuini verbi vtilitate, virtute, efficacia, & necessitate dicitur: volens propterea Deus ostẽdere zelum, quem de diuino suo haberet verbo, vt & recte tractaretur, virtus eius cognosceretur, & nostræ humanæ non ascriberetur scientiæ, sic. *Ezech. c.* 3. *nu.* 10. 17. *&* 27. ait: *Omnes sermones, quos ego loquor ad te assume in corde tuo, & auribus tuis audi, quos cum de ore meo audieris, eos auditoribus annunciabis ex me* (hoc est nomine meo, & tamquam meos proprios. *Apost.* 1. *ad Cor. c.* 14. *nu.* 36. *P. ad Thess. c.* 2. *nu.* 13.) *nam cum eos tibi locutus fuero, ego aperiam os tuum, & tù* (vti purum diuini verbi mei instrumentum) *dices ad eos &c.* quia *non tù es, qui eos loquaris, sed est Spiritus Sanctus meus, qui eos per te & linguam tuam loquitur. Reg.* 2. *c.* 23. *nu.* 2. *Isa. c.* 50. *nu.* 4. *&* 5. *Mat. c.* 10. *nu.* 20. *Mar. c.* 13. *nu.* 11. *Luc. c.* 12. *nu.* 12. *c.* 21. *nu.* 15. *Exod. c.* 4. *nu.* 15. *Eccl. c.* 43. *nu.* 29. *Apost. ad Heb. c.* 1. *nu.* 1. *&* 2. *ad Gal. c.* 1. *nu.* 11. *&* 12. quibus nequid quam addi, vel detrahi potest absq; periculo mendacij, quia non à nobis, sed ab ipso processerunt Deo. *Prou. c.* 30. *nu.* 6. *Deut. c.* 4. *nu.* 2. *Num. c.* 24. *nu.* 13. *c.* 22. *nu.* 18. *&* 38. *c.* 23. *nu.* 12. *Reg.* 1. *c.* 15. *nu.* 23. 2. *Reg. c.* 7. *nu.* 24. *Apost.* 1. *ad Cor. c.* 14. *nu.* 36. *Ad Gal. d. c.* 1. *nu.* 6. 7. 8. 9. 11. *&* 12. In hac ergo quęstione institutum, & intentio nostra non est philosophiam absolutè improbare, sed tantummodo ostẽdere, quod aduersus diuinum verbum vim nullam habeat, atq; eius assertiones contra illud nullius sint ponderis, & quod non in aliud fuit instituta finem, vt & præcedens tractatus, ipsa quæstionis præfatio, atq; propositio demonstrant, & hęc satis esse putamus ad excludendam omnem suspicionis huius vmbram, demonstrandamq; sinceritatem nostram: redeũtes ergo vnde digressi sumus eamdẽ, Deo adiuuante, materiam prosequemur. Si eorum præterea, quæ fidei sunt, ex philosophia, ea qui sic,

vt

vt supra, abutuntur, rationem necessario quærendam esse putent, ad quid quoq; & cur eam quærant, vel quærendam putent, & ipsi rationem reddant, eadem exquirit ratio, alioquin finem, quo ad eam quærendam moueantur, ignorantes, in incertum ferantur, oportet, rationisq; quæsitæ rei prætereuntes rationem ambigant, ambigentes verò errori subiaceant, consequens est, quia si volunt, quod omnia ipsa determinet ratio, non etiam scire poterunt, an per eos inuenta quæsitæ rei ratio vera sit, vel falsa, concludens, an non, nisi vlterioris medio rationis: nam, & diabolus primis parentibus nostris rationem adducens, cur diuino verbo Domino illud sic proferēte: *De ligno autem scientiæ boni, & mali ne comederitis, quia in quacumq; hora de illo comederitis morte moriemini*; acquiescere non deberent, dixit: *Nequaquam moriemini: scit enim Deus, quod in quacumq; hora de eo comederitis eritis sicut Dij scientes bonum, & malum*, quasi impius ille diceret. Ne ergo Dij efficiamini hoc vobis præcepit Deus, cuius adductæ rationis si Heua perquisijsset, & diligenter indagasset rationem, an vera, vel falsa, probabilis, vel non, vtiq; diaboli detegisset fraudem, ab eoq; delusa non fuisset, quis enim nisi is penitus ipsa ratione careat, putare posset, quod Deus, qui iuxta suæ placitum voluntatis omnia sūma sua creauit sapientia, atq; prouidentia æterna rem temerè creasset, cuius postea debuisset pertimescere virtutem, quippè quæ eo quasi inuito sibi similes posset efficere Deos, qualem Heuæ Dæmon suggessit esse arborem scientiæ boni, & mali, (quæ deniq; lignum erat) vel quod ipse Deus qui ipsamet est beneficentia, & amor liuore quasi tactus inuidiæ homini præcepisset, ne de ligno illo comederet, ne similis efficeretur sibi, cum, iam sibi similem eum sua effecisset gratia? *Gen c.3.nu.3.4.& 5 c.1.nu.26.& 27. c.5.nu.1.* Præfati ergo homines aut ex philosophia rationem veritatis diuini verbi sine ratione, & causa quærunt, & incassum dicerentur assumere opus: aut aliqua cum ratione, & causa eam quærunt, vt ea videlicet inuenta, tanquam nautico mentis nostræ inuento pixide, ab ea regantur, suasq; omnes ex ea capiant deliberationes, atq; ad illius formam suos moderentur actus eo, quia rectum id solum esse videatur, quod nobis ipsa præscribit ratio: & tunc aut eam quærunt, vt deliberatè his, quæ fidei sunt, ea in contrarium facere inuenta ab ijs quoq; & ipsi recedant, & animo iam infideles sunt. *Apost. ad Heb. c.3.n.12.c.12.n.25.* huiusmodi enim similes sunt ab amico recedere volentibus, qui nihil aliud expectāt, quam opportunitatem palam exequendi, quod iam deliberatum habent, interius enim conceptum quærunt eructare venenum, & Dei iam spernentes dona ipsum dicuntur spernere Deum *Prou. c.18.nu.8.c.12.nu.20.*

Apost.

Apost. ad Gal. c. 6. nu. 7. P. ad Thes. c.4. nu. 8. aut non deliberato quidem animo ab ijs discedendi: verum cum rationem tamquam quæsitorum exquirant legem, etsi non expressè, virtualiter saltem eodem delinquunt delicto; quia cum propositarum rerum deliberationem ab ipsa putent omninò pendere indaganda ratione, illis etiam in contrarium facere inuenta eam, quę in diuinis verbis inest, excluderent infallibilitatem, huiusmodi quę rationi eorum subijciendam putantes esse mentem, illi consequenter acquiescendum fore pro certo haberent, & opere complere parati essent; quę ratio etsi omninò concludens non esset, sed tantũmodo apparens ab ea se rapi posse ignorare non possunt, nec debent, prout à simili apparenti ratione realiter rapti fuerunt primi parentes nostri; vt ex superius posito nimis patet exemplo. *Gen. d. c. 3. nu. 3.4.& 5.* quia qui picem tangit inquinabitur ab ea, periculumque qui amat, perit in illo, & qui sciri quę debent, ignorant, & ipsi ignorabuntur. *Eccl. c. 13. nu. 1. c. 3. nu. 27. Apost. p. ad Cor. c. 14. nu. 38.* aut pro diuinis verbis facere inuenta eius medio putent fidei augere auctoritatem, ac veritatem, illamq; à semet ipsis plantare, solidare, ampliareq; posse, & tunc dona Dei ipsi rationi, vel suę proprię tribuentes industrię, & sagacitati ab eo, quantũ in se ipsis est, illa auferrent, & mendacia eius conarentur reddere verba. *Apost. p. ad Cor. c. 3. n. 7. Ad Gal. c. 1. n. 10. & 11. Ad Eph. c. 2. nu. 8. Mat. c. 15. nu. 13. c. 16. nu. 17. & 25. Io. c. 6. nu. 44. & sua p. c. 5. nu. 10.* suam enim fidem Deus non rationibus à natura desumptis, sed suo sibi complacuit plantare verbo, verum illius constituens semen, ex quo illa oriretur, & cui, vt in nobis, tanquam in agro sata, oriatur, re acquiescamus, oportet. *Mat. c. 15. nu. 9. Mar. c. 16. nu. 15. & 16. c. 4. nu. 14. Luc. c. 8. nu. 12. Apost. ad Rom. c. 10. nu. 17. Ad Eph. c. 1. nu. 13. & 14. Ad Heb. c. 4. nu. 2. Deut. c. 18. nu. 18. & 19. Ezech. c. 3. nu. 17. & 27. Mich. c. 5. nu. 14. Io. c. 6. nu. 45.* Aut quia per eam diuinis putent pondus, & auctoritatem tribuere verbis, suo quasi ea corroborarent testimonio, & contumeliam vtique Deo inferunt in deterrimam se mergentes pręsumptionem nostrorum omnium causam errorum, & pręcipitij nostri. *Io. c. 17. nu. 17. c. 8. nu. 46. & 47. c. 5. nu. 54. Psal. 118. nu. 160. Psal. 92. nu. 5. Iob. c. 14. n. 7. 8. 9. & 10. c. 26. nu. 1. 2. 3. & 4. Malach. c. 3. nu. 15. Prou. c. 16. nu. 5. Eccl. c. 18. nu. 10. c. 35. n. 23. & 24. c. 37. nu. 3. c. 6. nu. 4. Perfectum enim est omne donum desursum descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium creaturę eius Iac. c. 1. nu. 17. & 18.* si autẽ perfectum est, ei nihil addi, vel detrahi potest. *Prou. c. 30. nu. 6. Num. c. 22. nu. 18.*

c.24.nu.13. Deu.c.4.nu.2. De ijs ergo, quę nobis à Deo suo sunt reuelata verbo, cur ex philosophia rationem quęrant, & inuentam sequantur, nullam rationem, vel causam habent, et si quęrendam, & sequendam esse putent, nondum credunt, consequens est, nam dum voluntariè intra semet ipsos statuunt, ne eorum intellectus diuino prius acquiescat verbo, quam naturali fuerit persuasus ratione, ingressum vtique in illum impediunt fidei, quia actui, per quem illa re introducitur, expresè repugnant, auditui nec diuini verbi immediatā extrinsecā tribuunt causam fidei, cui, vt credamus, necessario acquiescamus, oportet: *Apost. ad Rom.c.10.nu.17. ad Heb.c.4.nu.2.* quia fides non ex auditu naturalis rationis, sed ex auditu diuini oritur verbi. *Apost. ad Rom.d.c.10.nu.17. Ezech.c.3.nu.17. & 27.* quem recusantes, & immediatam extrinsecam causam esse abnegantes, Dei dicuntur contemnere imperium, & indigni se reddere ęternę vitę. *Apost. Ad Heb.c.3.nu.12.c.12.nu.25.c.4.nu.2. Eccl.c.16.nu.29.c.4.nu.30. Deut c.1.nu.43.c.9.nu.23.& 24. Psal. 118.nu.43.& 160. Isa.c.41.nu.11.& 12.Ezech.c.3.nu.7.Act. Apost.c.13.nu.46.Io.c.13.nu.8.* quęnam enim Deo veritatis, qui vtique, & quod mentiatur, & quod eius verba non sint veritas, credibilia que nimis, impossibile est, maior potest inferri iniuria, quam rationem ab humano elicitam intellectu pro sui vadem exquirere veracitate verbi? *Psal.30.nu.6.d.Psal.118.nu.43. & 160.Psal.92.nu.5.Io.c.17.nu.17.c.5.nu.44. Num.c.23.nu.19. Apost. ad Heb.c.6.nu.18. Esd.3.c.4.nu.38.* etsi fides auditui est fidenter acquiescere diuini verbi, quomodo fidenter ei acquieuisse dici poterunt, si eius vlteriorem adhuc exquirunt veritatis rationem? dicent forsan, etsi rationem adhuc exquirimus, ei tamen iam acquieuimus, quia respondemus: quod hęc simul stent, impossibile est, quia ad rem iam perfectioni traditam vlterius nil disideratur, si perfectè credunt, quid vlterius quęrunt? si ergo quęrunt, aut non credunt, aut sine causa quęrunt. Rursus forsan replicantes dicere possent, quod diuinis quidem absolute acquiescunt verbis, sed quod credendorum rationes à physicis conantur elicere rationibus, vt ab ipsis sic elicitis vsui proprio certam constantem, & ordinatam diuinorum scientię, & veritatis capessendę constituant methodū, vt eius medio ad ea facilius pateat iter: quibus responderi posse videtur, quod ad rem non tantum difficilem, sed & impossibilem se accingere videntur, quia, si scire est rem per eam cognoscere causam, propter quam res illa est, & sine qua illa esse non potest, huiusmodi consequenter ignorata ratione id, quod sibi proponunt, assequantur, impossibile videtur, sed ex diuino responso habemus, quod mentiatur, impossibile est: Quod

nullus

nullus quantumuis sapiens rationem eorum, quę fecit Deus, inuenire potest, nisi ab ipso Deo expressa fuerit. *Eccles. c. 8. nu.* 17. quia quę à diuina mente pendent, ab ea recipiantur, necesse est. *Isa. d. c. 64. nu.* 4. *Mat. c. 13. nu. 35. Apost. p. ad Cor. d. c. 2. nu.* 11. *&* 12. ideò, si hac de causa rationem quęrũt, eam adhuc sine causa quęrere dici possunt, immò, cum apud semet ipsos statuant, quod diuinorum scientia, & veritas à physicis rationibus, & consequenter à puro homine procedant, & pendeant, ipsi D.N. Iesu Christò contradicere videntur affirmanti: quod non purus homo, non physica ratio, sed Spiritus Sanctus est ille, qui omnem diuinam nobis manifestat veritatem. *Io. c. 14. nu. 26. c. 16. nu. 13. Mat. c. 10. nu. 20. c. 13. nu. 35. Mar. c. 13. nu. 11. Luc. c. 12. nu. 12. c. 21. nu.* 15. atque ipsi Sacrosanctæ M. Ecclesię nos docenti, quod diuinorum scientia, & intellectus sunt dona Spiritus Sancti. *Psal.* 118. *nu.* 105. 135. 160. 169. *&* 171. *Prou. c. 2. nu.* 5. *&* 6. *Isa. c. 11. nu.* 2. quibus diuinis sanctionibus, & verbis non acquiescentes confiteantur oportet, quod rationem sine causa quęrunt. *Eccl. c. 16. nu. 29. Apost. ad Rom. c. 10. nu. 17. Ad Heb. c. 3, nu.* 18. *&* 19. *c. 4. nu. 2. c. 12. nu.* 25. Etsi pura hęc humana natura nostra per se ad diuina illa Sanctissima capessenda peruenire posset, limites speciei suę transcenderet, quia, vt dicit. *Apost. p. ad Cor. c. 2. nu.* 11. *sicut ea, quę sunt hominis, nemo scire potest, nisi spiritus hominis, in ipso qui est homine, sic ea, quę sunt Dei, scire nemo potest, nisi Spiritus Dei, in ipso qui est Deo*, nisi ergo ab eo ea acceperimus à nobis ipsis ea sciamus, impossibile est. *Sap. c. 9. nu. 17. Isa. c. 64. nu.* 4. diuinę enim scientię thesaurus est arcanum omnipotentis Dei ante aduẽtum D.N. Iesu Christi retro temporibus absconditum, ab eoque Sanctis Apostolis suis reuelatum, ab ipsisque in vniuersum mundum prędicatum. *Apost. Ad Colos. c. 1. nu. 26. Mat. c. 13. nu. 35. Mar. c. 16. nu.* 16. quod arcanum vt noscamus, ab eo illud ediscamus, oportet. *Io. c. 6. nu.* 44. *&* 45. *Isa. c. 54. nu.* 13. quia *veritas* ista diuina *prima perficit scire se ipsam. Eccl. c. 4. nu. 17. &* 21. *c. 6. nu. 14. c. 24. nu. 25. &* 38

Neq; etiam obstat, si dixerint, quod diuino non adhuc acquiescunt verbo, quia eius reconditos nondum percipiant sensus, quia respondemus, quod siue illos percipiant, siue non: diuino verbo secundum mentem eius, qui protulit illud, semper acquiescant, necesse habent. *Apost. ad Heb. c. 3. nu. 15. 18 & 19. c. 4. nu. 2. Deut, c. 18. nu. 18. & 19. Mich. c. 5. nu. 14. Io. c. 8. nu.* 47. quia fides etsi nostri sit actus intellectus, non tamen talis est, vt ea, quæ sunt fidei, sibi naturaliter subijciat, & sua propria capessat facultate, quia purum, & gratuitum Dei non esset donum. *Apost. ad Eph. c. 2. nu.* 8. sed illa nostri est subiugatio intellectus verbo Dei illud omni

remota hæsitatione ipsammet tàm firmiter credentes continere veritatẽ. ac si eam nostris hisce carnalibus perspiceremus oculis, & manibus contrectaremus. *Apost.2. ad Cor. c.10. nu.5. Exod. c.20. nu. 18.* propterea Sacrosancta M. Ecclesia in suis canticis nos monet, quod ea, quæ sunt fidei, etsi non videamus, nec capiamus firmiter tamen credere velimus, & debeamus: nam etsi credere, & intelligere ea, quæ sunt fidei ambo sint dona Dei. *Apost. ad Eph. d. c.2. nu.8. P. ad Cor. d. c.2. nu.9. 11. & 12. Sap. c. 6. nu.21.* inter se tamen non solum sunt distincta, sed & eo ordine regulariter disposita, vt fides propria sua natura ipsam diuinorum præcedat intelligentiam, nam, si quæ Dei sunt, sine Deo intelligamus, impossibile est, & ille, qui non credit, quoad se adhuc sine Deo sit. *Apost. ad. Eph. c. 2. nu. 12. c.3. nu.12. Isa. d. c.64. nu.4.* illa etiam intelligat, impossibile erit: propterea *Idem Apost.2. ad Cor. c.3. nu. 15. & 16. & Isa. c.29. nu.11. & 12.* dicunt: *Quod super cor infidelium eousq; velamen superimpositum manet, quousq; illuminati ipsa fide ad Deum Patrem luminum conuersi fuerint*, quia fides est præuium lumen eorum intelligendorum, quæ in ipsa sunt fide. *Io. c.17. nu.8. Apost. vbi supra, & ad Heb. d. c.4. nu.2. & c.11. nu.3.* propterea Discipuli euntes in Emmaus, quia de verbo hæsitabant Resurrectionis, etsi ab efficaci ore Christi eis scripturas, quæ de eius loquebantur Resurrectione exponentis erudirentur, non prius tamen eas actu intellexerunt, quam huiusmodi deponentes hæsitationem actu illam crediderint. *Luc. c.24. nu.21. 25. & 31.* Ideò qui prius scire, quam credere voluerunt, neq; intellexerunt, neq; fidei adhæserunt, qui verò ordine à Deo disposito prius crediderunt, postea etiam intellexerunt, & Christum secuti sunt. *Io. d. c.6. nu.61. 66. 67. 69. & 70. & d. c.17. nu.8. Luc. d. c.1. nu. 18. & 20.* quam veritatem notam nobis volens facere Deus per os. *Isa. c.28. nu.9.* sic ait: *Quem docebit Deus scientiam, & auditum intelligere faciet?* & respondens ait: *Ablactatos à lacte, & auulsos ab vberibus*: hoc autem dixit, non quia præter infantulos alios docturus non esset, sed quia, à Deo qui docendi sunt, quales innocentes sunt pueri, efficiantur oportet. *Mat. c.11. nu.25. c.18. nu.3. Luc. c.10. nu.21.* qui eius sunt conditionis, vt verbis omnibus, quæ à parentum suorum audiunt ore sincerè credunt ob incorruptam fidem, quam habent in proferentibus illa, quibus diuinis verbis qui in dilectione acquiescunt, cum verum re vera exerceant fidei actum. *Prou. c.14. nu. 15. Sap. c.3. nu. 9.* illum exercentes ea intelligere quoq; apti fiunt. *Apost. ad Rom. d. c.4. nu. 18. 19. 20. & 21. ad Eph. c.3. nu 12. & 17. Sap. c.1. nu.2. c.3. nu.9. Eccl. c.4. nu.17. & 21. Io. c.17. nu.8.* quia, vt dictum fuit, fidei donum est oculus supernaturalium conspicien-

dorum

dorum, quem Deus dignatur ponere super cor nostrum, vt nostræ lucerna mentis ad inuisibilia conspicienda suo accendatur lumine, cuius abundantia luminis nobis ad mensuram suæ tribuitur donationis, vt ab omnibus illius esse donum cognoscatur, quod tamen regulariter nobis donari solet ad mensuram fidei, vt etiam fidei nostræ postularemus augmenta, quæ petentibus non denegantur. *Eccl. c.17.nu.7. Psal.17.nu.29. Psal.35. nu.10. Psal.118.n.18. 135. Isa. c.64.n.4. Sap. c.9. nu.17. Apost.1. ad Cor.c. 2. nu.12. c.12. nu.11. & 2. ad eosdem c.3. nu.28. Ad Rom. c.12. nu.3. ad Eph. c.4. nu.7. ad Heb. c.11. nu.3. Iac. c.1. nu.5. & 6.* nisi ergo diuino prius acquieuerimus verbo nihil hæsitantes, sed firmiter credentes, quod ipsa sit veritas, quæ à nullo reijci possit, illius capescamus sensum, impossibile est, quia ei non acquiescendo ab ipsa declinamus fide, & à lumine veritatis, sine qua, & quo illum intelligamus, impossibile est, quia quasi scelus idololatriæ est diuino nolle acquiescere verbo. *1. Reg. c.15. nu.23. Ezech. c.3. nu.10. & 11. & 27. Apost. ad Heb. c.3. nu.15. & 18. c.4. nu.2. c.11. nu.3. & 2. ad Cor. c.5. nu.7. & d. c.3. nu.15. & 16. Io. c.17. nu.17. Psal.118. nu.160. & 66.* propterea, *Apost.1. ad Tim. c.6. nu.3.* dicit: Quod *diuino qui non acquiescunt verbo superbi sunt, & nihil scientes,* si superbi sunt, & *superborum auditus grauis est. Eccl. c.27. nu.16.* audientes etiam non audient, non audientesq; etiam non intelligant, consequens est. *Isa. c.6. nu.10. Ier. c.7. nu.27. & 26. Mat. c.13. nu. 15. Mar. c.4. nu. 12. Io. c.8. nu.43. 46. 47. c.12. nu.40. Act. Apost. c.28. nu.26. Apost. ad Rom. c.10. nu.8.* si verò nihil sciunt, esseq; indocti à Domino declarantur, non etiam intelligant, consequens est, quia eiusmodi est conditio, & natura inscij, & indocti. *Prou. c.21. nu. 24. Dan. c.12. nu.10.* firmum consequenter ex his manere videtur, quod prius credamus, quam intelligamus, oporteat, si hoc ità se habet, ex eo etiam sequitur, quod sine fide ea, quę sunt fidei alios doceamus, impossibile sit, primò, quia, ea qui docet, eundem fidei spiritum habeat, oportet. *Apost. 1. ad Cor. c. 4. nu. 13. Psal. 115. nu. 10.* secundò, quia re vera si sine fide ipse ea intelligat, impossibile est, quomodo alios ea intelligere faciet? cum certum sit, quod nemo alijs dare possit, quod ipse non habet, huiusmodi ergo erit tanquam cęcus cæco ducatum præstare volens, quo sic ei præstito ambo in foueam cadant, consequens est. *Mat. c.15. nu.14. Luc. c.6. nu.39.* Sacrosancta propterea Mater Ecclesia sanctissimè decreuit, quod omnes infidelium de fide loquentes libri, tanquam manifestissimè erroribus subiecti damnati essent, quia error, & tenebræ infidelibus concreata sunt *Eccl. c. 11. nu. 16.* alios idcircò, qui docere volũt, id vt adimplere valeant, à tenebris, in quibus omnes nati sumus,

ad

ad veram lucem, quę Christus est, transfęrantur, ac veniant, oportet, quia lux ista, etsi in tenebris nostris luceat, nostrę tamen tenebrę eam re non compręhenderunt, compręhendere nec potuerunt. *Apost. ad Ephes. c.5. nu.8. Ad Colos. c.1. nu.13. 2. ad Cor. dd.c.3. nu.15. & 16. & c.4. nu.13. Io. c.5. nu.40. c.6. nu.37. c.17. nu.9. & 11. & c.1. nu.4. & 5. c.8. nu.12. c.14. nu.6. ad Christum autem* teste Christo *venire nemo potest, nisi illi, qui à Patre audierint, & didicerint Io. c.6. nu.44. & 45.* quod etiam per *Isa. c.54. nu.13.* confirmatur à Domino dicente, quod *vniuersi Filij Dei à Deo edocti sunt*, si vniuersi: talis nemo consequenter erit, qui non a Deo edoctus fuerit, ab eo autem vt edoctus sit, ab eo audierit, etiam consequens est, quia per auditum erudimur. *Isa. c.50. nu.4. & 5. & c.36. nu.10. Io. c.6. nu.43. Psal. 93. nu.12. Ezech. c.2. nu.5. & 7. c.3. nu.11. & 27. Sap. c.6. nu.11. & 27.* Ille autem à Patre audiuisse dicitur, qui verba Dei ab ore annunciantis illa audierit, quia re vera non sunt propria annunciantis illa, sed Dei, à cuius ore originaliter processerunt, & qui per os annunciantis illa alloquitur. *Deut. c.18. nu.18. Ezech. c.2. nu.7. c.3. nu.4. 10. 17. & 18. Reg. 2. c.23. nu.2. Apost. ad Heb. c.1. nu.2. Mat. c.10. nu.20. Mar. c.13. nu.11. Luc. c.12. nu.12. c.21. nu.15. Io. c.14. nu.24.* Nam Pater ponens verba sua in ore Christi ei quid loqueretur, mandatum dedisse dicitur. *Deut. c.* 18. *nu.* 18. Christus verò, sicut ea à Patre accepit, alloquens, verba dicitur locutus fuisse Patris. *Io. c.12. nu.49. c.14. nu.24. c.8. nu.26. & 40. Apost. ad Heb. c.1. nu.1. & 2.* Christus sic verba à Patre accepta in ore Apostolorum suorum ponens, quid loquerentur, eis mandatum dedisse dicitur, ipsi verò sicut ab eo acceperunt ea, sic alijs ea locuti sunt, sic alloquentes non sua etiam propria dicuntur, sed Dei re vera loquentis in eis protulisse verba, cęteri sic faciant, necesse est. *Mar. c.16. nu.16. Io. d. c.17. nu.8. Ezech. c.3. nu.17. c.33. nu.7. Apost. 2. ad. Cor. c.13. nu.3. Ad Gal. c.1. nu.8. 9. 11. & 12. P. ad Cor. c.9. nu.16. c.15. nu.1. 2.* quia missionis illorum manifestissimus index ipsa diuini dicitur allocutio verbi. *Io. c.3. nu.34.* & eiusdem integritatis fidei professio *Apost. 2. ad Cor. c.4. nu.13. Act. Apost. c.19. nu.13. 14. & 15. Psal. 115. nu.10.* propterea D. N. Iesus Christus Apostolis suis dixit: *Qui vos audit, me audit, qui audit me, audit Patrem meum Luc. c.10. nu.16. Mat. c. 10. nu.40. Io. c.13. nu.20.* ecce ergo, quod qui missum à Deo eius verba loquentem audit, ipsum Deum per os missi loquentem audit *Ier. c.7. nu. 13. & 25. Ezech. dicto cap. 2. nu. 7. c. 3. nu. 10. 11. 17. & 27. Mat. c.1. nu. 22. c.10. nu.20. Mar. c.13. nu.24. Act. Apost. c.2. nu.33. c.4. nu.25. Apost. 2. ad Cor. c.13. nu.3. Pro. c.1. nu.23. & 24. Isa. c.66. nu.4.* Audiẽs autem huiusmodi auditis acquiescat verbis, necesse habet. *Mar. d. c.16. nu.16. Ier. c.29. nu.19.*

nu.19.c.7.nu.13.& 25.Isa.c.65.nu.11.Deut.c.18.nu.19.Ezech.c.3.nu.19.c.33.nu.7.& 8.Mich.c.3.nu.14.Reg.P.c.15.nu.23.Apost.P.ad Tim.d.c.6.nu.3. Qui verò annunciantem verba Dei non vult audire, audituiq; illorum acquiescere, Deum illa per os annunciatis loquentem audire, eiq; acquiescere nolle dicitur. *Ezech.c.3.nu.7.Io.c.5.nu.24.Iob.c.39.nu.32.Prou.c.1.nu.23.24.Isa.c.65.nu.12.c.66.nu.4.* nolens autem audire, & acquiescere, erudiatur, impossibile est. *Ier.d.c.7.nu.28.c.8.nu.9. Apost.1.ad Tim.d.c.6.nu.3.* quia à diuinum non audiente, audireuè nolente verbum, audituiuè illius non acquiescente, vel acquiescere nolente eà remota sũt fidei principia, quæ sunt à parte rei, quorum primum ipsa est auditus necessitas, propterea auditus ille dicitur auditus fidei *Apost.ad Gal.c.3.n.2.* quia ex eo, tanquam primo à parte rei principio, ipsa oritur fides teste *Apost.ad Rom.c.10.n.17.Psal.17.n.45.* Secundum est, quod huiusmodi auditus per ipsũ fiat Dei verbũ. *Apost.ad Rom.d.c.10.n.17.* ille propterea diuini auditus verbi ipsius etiam dicitur auditus Dei *Apost.1.ad Thess.c.2.n.13.* non solũ, quia eius originaliter sunt verba ab ipso annũciante nobis tradita, prout sunt verè, sed etiam, quia Deus stat in ore eorũ, qui annunciant ea & ipse eorũ adaperiens ora per labia illorũ emittens illa, ea alloqui dicitur, & verè loquitur illa, propterea ea qui audit, ipsũ dicitur audire Deũ sic, vt suprà, per ora eorũ alloquentẽ. *Exod.c.4.n.12.Ezech.c.2.n.7.c.3.n.4.17.& 27.c.33.nu.7.Reg.2.c.23.n.2.Apost.ad Heb.c.1.n.2.P.ad Thess.c.2.nu.13.* pro talibus propterea, qualia re vera sunt, idest pro diuinis verbis auribus audientium à serere volentibus fidem tradantur, ac ab auditoribus pro talibus recipiantur, necesse esse videtur, vt à Deo in veritate audita, & accepta esse dici posse queant, prout ab eo audiantur, & accipiantur, oportet. *Apost.ad Gal.c.1.nu.11.& 12.secunda ad Thess.c.2.nu.13.& ad eosdem P.c.1.nu.7.& 8.c.2.nu.13.c.4.nu.14.secunda ad Tim.c.1.nu.12.13.& 14. Ad Eph.c.1.nu.13.Io.c.5.nu.23.& 24.c.6.n.45.* propterea verba Dei verba dicuntur veritatis, quia, ea qui protulit, est veritas, & ipsa etiam sunt veritas; & verba auditus Dei, quia, ea qui audit, Deum audit: & verba fidei, quia verum sunt illius semen, ex quo illa oritur, & verba vitæ, & intellectus, quia ab illis vitam, & intellectum sumimus. *Psal.118.nu.160.Io.c.14.nu.6.c.17.nu.17.Apost.ad Eph.c.1.nu.13.Ad Colos.c.1.nu.5.Ad Thess.2.c.2.nu.12.Ad Tim.2.c.2.nu.16.Ad Philip.c.1.nu.27.c.2.nu.16.Luc.c.8.nu.13.Ad Rom.c.10.nu.17.Io.c.5.nu.23.& 24.Eccl.c.4.nu.16.17.& 21.* quod autem auditus iste fidei non aliundè, quam à diuino possit oriri verbo ex eo deduci posse videtur, quia fides Dei est donum ab eo nobis gratis donatum. *Apost.ad Eph.c.2.n.8.*

si verò ab humanis verbis, & scientijs oriri posset, vtiq; non ex eius gratuito dono, sed ex nostra posset acquiri industria, quia ista ab ore, & intellectu nostro proueniunt, vt omnibus manifestè patet, verba autem, & scientia Dei à solo Deo. *Deut. c.8.nu.3. Mat. c.4.nu.4. Luc. c.4.nu. . Sap. c.8.nu.21. Prou.c.2.nu.5. & 6. Eccl. c.24.nu.35. & 41. c.39.nu.8. & 10. P. ad Cor. c.14.nu.36.* Tertium, quod illud qui audit, ei acquiescat, propterea. *Reg. Proph. Psal. 94.nu.8. & 11.* ait: *Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra,* ei videlicet, vt non acquiescatis, quia diuini auditus verbi audienti nō prodest, nisi ipsius audientis fuerit ad mixtus fidei. *Apost. ad Heb.c.4.n.2.* ei videlicet, vt credat. *Act. Apost.c.15.n.7. & 8.* nā auditoribus ab euangelizātibus in hoc traditur, vt ab ijs fide ei credēdo accipiatur, propterea, qui illud sic, vt suprà, non accepit, Dei verbum in se manens nō habere dicitur. *Io.c.5.n. 38. & 40.* quia licet auribus illud audiat, ei tamen non acquiescendo illud à suo statim dicitur reijcere corde. *Act. Apost. c. 13. nu. 46. Apost. ad Rom. c.10. nu. 16. & 17.* reijciens, Deo, cuius est verbum, & verbi auditus, vt suprà, repugnasse dicitur, cui repugnare quasi est scelus idololatriæ. *P. Reg. c.15.nu.23. Act. Apost. c.5. nu.39.* Tribus igitur his ab aliquo remotis fidei principijs, sine quibus secundum ordinariam à Deo nobis præscriptam ordinationem in nobis ad actum ipsa non deducitur fides, fit quoq; ab eo remota fides, consequens est, hac autem ab eo remota, quæ Dei sunt, intelligat, & doceat, impossibile est, per ea quæ superius à nobis tradita fuerunt. Reliquum est ergo, vt videamus, an tribus his datis principijs, & consequenter in nobis introducta fide, eorum, in ipsa quæ sunt fide, illius virtute immediatè capessamus sensum, & intellectum, an verò, vt illum assequamur vlteriori adhuc egeamus eruditione, egentes autem, vel illum à Deo ex gratia expectemus, & suscipiamus, oporteat: vel potius philosophiæ illius tanquam fundamenti menti nostræ illum extrinsecantis hauriamus medio, necesse sit, & quod illum immediatè virtute fidei acquiramus in terminò terminante videmur habere textum. *Io. c. 17. nu. 8.* vbi tribus his datis principijs, auditus videlicet per Dei verbum exsuscitati, & ab audientibus acceptati immediata eorum, quæ Dei sunt subsequitur cognitio teste D. N. Iesu Christo ibi cum Patre de satione à se facta fidei sic dicente: *Verba, quę dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt ea, & cognouerunt, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me verè misisti:* quo re vera stante reliqua duo nostræ superius propositæ destinctionis capita inania omninò redderentur, quia si data fide diuina nobis immediate innotescerent, vlteriori vtiq; Dei nulla egeremus illuminatione, neq; Philosophię medio,

nam

nam, cum fides vna sit omnium credendorum indiuidua vnitas, quam integram, & inuiolatam quisq; habeat, & conseruet, necesse est, alias in vno, illius quæ sunt, si offenderit, omnium fit statim reus. *Beati Athan. Sym. in fin. Ezech. c.33. nu.13 Iac. c.2. nu.10. Apost. 1. ad Cor. c.15. nu.13. 14. 15.16. Ad Gal. c.5. nu.9. & Io. 2. ad Gaium. nu.9.* 10. 11. si ergo suscepta fide eius virtute; quæ illius sunt, immediatè cognosceret quisq; in fide qui sunt, cognoscerent omnia, quia in fide qui sunt, omnia credant, oportet, omnia ergo credentes cognoscerent omnia, quod tamen non ita se habere, & experientia, & sacræ vndiq; nos docent literæ. *Act. Apost. c.1. nu.7. c.2. nu.4. Apost. 1. ad Cor. c.8. nu.2. c.10. nu.1. c.12. n.1. 8.9.10. 11. c.14. nu.19. c.15. nu.51. secunda ad eosdem c.12. nu.4. Luc. c.19. nu.42. Mat. c. 16. nu.9. & 24. Mar. c.8. nu.22. & 33. & in infinitis alijs scripturæ locis.* Dicamus igitur, necesse est, quod duplex sit cognitio, vna, quæ ab ipsa prouenit fide tanquam effectus à causa, qua, quæ ab ea docemur, ità pro certis, & indubitatis habemus, ac si hisce oculis carnalibus ea conspiceremus, ac proprijs manibus contrectaremus, quarum indubitata adducti certitudine nihil de illarum vlterius veritate quærimus, ei in fide, & dilectione acquiescentes, cuius sunt verba illa, quæ accipimus, in quæ tanquam in verba Dei iuramus, quia, ea qui dixit, veracem esse scimus, & quod mentiatur, impossibile sit, ipsis ergo inuentis tanquam inuenta veritate ea cognoscere dicimur, & cognoscimus verè, sed tanquam per speculum in ænigmate, quia re illa non nostro subijciuntur intellectui, sed illis noster subijcitur intellectus eis in fide, & dilectione acquiescendo tanquam verbis veritatis. *Psal. 118. nu.105. & 160. Io. c.8. nu.25. 46. & 47. cap.17. num.17. Esd. tertio cap. 4. num. 38. Apost. ad Heb. cap. 11. nu. 3. cap.6. nu.18. p. ad Cor. cap.13. num.12. secunda ad Eosdem cap.10. num.5.* & in hunc arbitramur accipi debere sensum verba supracitati textus. *Io. c. 16. nu. 8.* vbi Christus Patri dicens: quod Apostoli per acceptionem verborum illius eis per os suum annunciatorum tanquam per tria illa superius dicta principia suscepta fide cognouerunt, & crediderunt, quod ipse vere esset Christus, nam ibi dicens quod cognouerunt, & postea, quod crediderunt, cum; vt dictum fuit, prius credamus quam cognoscamus, oporteat, rationabiliter etiam credi potest, quod ibi de ea locutus fuerit cognitione, quam in ipsa diximus esse fide, non de illa, qua intellectus noster propositę rei, seu auditi verbi verum capessit sensum, maximè cum idem D. N. Iesus Christus de eadē in indiuiduo cognita re verba faciens *Mat. c.16. nu.17.* aliter omninò loquatur, dum B. Petro illum Christum esse confitenti respondens non dixerit, vt superius fecerat,

quod

quod videlicet; quia verba Patris mei ex ore meo accepisti, me Christum esse cognouisti, & credidisti, sed dixit: *Beatus es Simon Bar Iona, quia non caro, & Sanguis*, ideſt non homo hoc tibi reuelauit, *ſed Pater meus, qui in Cęlis eſt, quia nemo nouit filium, niſi Pater, neque Patrem, niſi Filius, & Spiritus Sanctus, & cui hoc Deus voluerit reuelare, quia hi tres vnus tantum ſunt Deus Mat. c. 11. nu. 27. Luc. c. 10. n. 22. Io. c. 1. nu. 17. & 18. c. 10. nu. 15. &* 30. *Suaquè p. c. 5. nu. 18. niſi ergo Deus miſerit Spiritum Sanctum ſuum de altiſſimis, qui ea nobis reuelet*, ea intelligamus impoſſibile eſt. *Sap. c. 9. nu. 17. Pſal.* 118. *nu.* 18. *Luc. c. 24. nu.* 45. *Apoſt. p. ad Cor. c. 2. nu.* 12. propterea ſcriptum eſt: *Quod à ſęculo non eſt auditum, auribus nec perceptum, oculis nec viſum id, quod Deus pręparauit expectantibus ſe Iſa. c. 64. nu. 4. Apoſt. p. ad Cor. c. 2. nu. 9. 10. 11. & 12.* Nam ſi humanę mentis conceptus ab ea nequeunt extrahi mente, cuius ſunt proprij conceptus, niſi illa voluerit alijs eos reuelare mentibus, multò, ac etiam infinitè minus ea, in diuina quę ſunt recondita mente, humana hęc noſtra poterit percipere mens, niſi ea nobis gratuitò voluerit reuelare Deus, hinc manifeſtè patet, quod in natura neceſſariò ſupponenda eſt diuina reuelatio, alias in diuina quę erant, ac ſunt recondita mente nunquam ſcire potuiſſemus, vel poſſemus vllo modo, *quis enim in conſilio Dei fuit vnquam, ut eius perceperit ſenſum? Sap. c. 9. nu. 13 & 17. Iſa. c. 40. nu. 13. Ier. c. 23. nu. 18. Apoſt. ad Rom. c. 11. nu. 34.* nullus certè, exceptis perſonis Sanctiſſimę Triadis, à quibus tribus omnes ab extra procedunt actus, ipſa qualis eſt reuelatio, quia vt dictum eſt, *hi tres vnus ſunt Deus Io. p. d. c. 5. nu. 7.* cuius manifeſtandę caput, & fundamentum fuit nobis à Deo conſtitutus D. N. Ieſus Chriſtus. *Pſal. 2. nu. 6. Mat. c. 11. nu. 26. & 27. Luc. c. 10. nu. 22. Io. c. 1. nu. 17. & 18. c. 3. nu. 31. & 32. c. 6. n. 46. c. 7. nu. 29. c. 8. n. 25. & 26. c. 15. nu. 15. Deut. c. 18. nu. 16. & 19. Apoſt. p. ad Cor. c. 3. nu. 11. &c.* Eiuſque manifeſtationis medium ipſum conſtitutum fuit D. N. Ieſu Chriſti verbum. *Deut. d. c. 18. nu. 18. & 19.* Ideò de hoc loquens. *Pſal. 77. nu. 2. & Mat. c. 13. nu. 35.* ait: *Et aperiam os meum in parabolis, & eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.* Hebręi propterea viuam Dei recuſantes audire vocem ob terribilem tonitrui illius ſonitum, & magnitudinis maieſtatem, ſuper eo dans Moyſi reſponſum dixit, *Quod benè locuti erant. Exod. c. 20. nu. 18. & 20. Deut. d. c. 18. nu. 16. & 17. Iob. c. 37. nu. 2. 4. & 5. Apoſt. ad Heb. c. 12. nu. 19. & 20.* quia cũ diuina eius ſe conformauerant mente, qua ab ęterno decreuerat vnigenitum ſuum mittere filium humanam hanc noſtram aſſumere carnem, de cuius aduentu, & incarnatione ſacrę omnes teſtimonium perhibent literę, & pręſertim. *Gen. c. 3. nu. 15. c. 12. nu. 3. c. 17. nu. 19. & 21. c. 22. nu. 18.*

22.*nu.*18.*c.*26.*nu.*4.*c.*28.*nu.*14.*c.*29.*nu.*10. *Exod.* *c.*4.*nu.*13. *Num.* *c.*24. *nu.* 17. *Deut.* *c.*18.*nu.*15. *Reg.p.* *c.*2.*nu.*10.& 35. *Reg.* 2. *c.*7.*nu.*13. *Psal.* 2. *nu.* 21. *Psal.* 88.*nu.*20. *cum cęteris seq.* *Psal.* 131. *nu.* 11. *Isa.* *c.*4. *nu.*2. *c.*7. *nu.* 15. *c.*8.*nu.*8. *c.*9.*nu.*6. *c.*11.*nu.*1.& 10. *c.*28.*nu.*16. *c.*30. *nu.*20. *c.*40.*nu.*9.& 10. *c.*41. *nu.*2. *c.*42. *nu.*1. *c.*45. *nu.*1.8.14.& 15. *c.*46.*nu.*13. *c.*49.*nu.*1.6.& 10. *c.*50. *nu.*6. *c.*52. *nu.*10. *c.*53. *per totum* *c.*59. *nu.*20. *c.*60. *nu.*1. *c.*61. *nu.*1. *c.*62. *nu.*11. *Ier.* *c.*23. *nu.*5. *c.*30.*nu.*9. *c.*31. *nu.*22. *c.*33. *nu.*15. *Ezech.* *c.*34. *nu.*23. *Dan.* *c.*9. *nu.* 24. *Mich.* *c.*5. *nu.*2. *Agg.* *c.*2. *nu.*8. *Zach.* *c.*2. *nu.*10. *c.*3. *nu.*9. *c.*9. *nu.*9. *c.*13.*nu.*1.5.6.& 7. *Malach.* *c.*3.*nu.*1. *c.*4.*nu.*2. *Bar.* *c.*3.*nu.*38. *Mat.* *c.*1. *nu.*16. *c.*2. *nu.*1.5.11.13. *c.*26.*nu.*64. *Mar.* *c.*1.*nu.*11. *c.*14.*nu.*62. *Luc.* *c.*2. *nu.*7. *c.*22. *nu.*67. *Io.* *c.*1. *nu.*14. *c.*4.*nu.*25. *c.*7.*nu.*41.& 42. *c.*8. *nu.* 25.26.& 27. *c.*10. *nu.*27. *Act.* *Apost.* *c.*17.*nu.*3. *c.*18.*nu.*5.& 28. *c.*19.*nu.*4. *Apost. ad Rom.* *c.*8. *nu.*3. *c.*10. *nu.*4.& 6. *Ad Gal.* *c.*2.*nu.*16. *P. ad Tim.* *c.*2. *nu.* 16. Sub cuius supposito absconditi extituri erant re omnes thesauri sapientię, & scientię Dei, & arcana omnia secretorum suorum, vt totius esset reuelationis mysteriorum Dei, & theologicarum rerum omnium immutabile caput, & fundamentum. *Apost. ad Colos.* *c.*2. *nu.*3. *c.*1.*nu.*18. *P. ad Cor.* *c.*3.*nu.*11. *Isa.* *c.*45.*nu.*3. *c.* 30.*nu.*20. *et* 21. *c.*42. *nu.*6. *c.*49. *nu.*6. *et* 9. *Io.* *c.*1. *nu.* 45. *c.*4.*nu.*25. *Act. Apost.* *c.*3. *nu.*22. *et seq. vsque ad fin. cap. et* *c.*4.*nu.*11. *et* 12. *Psal.* 117. *nu.*22. *Mat.* *c.* 21. *nu.*42. *Mar.* *c.*12. *nu.*10. *Luc.* *c.*10. *nu.*22. *c.*20. *nu.*17. *Pet.p.* *c.*2. *nu.* 7. quia verè extitura erat in ipso corporaliter omnis plenitudo diuinitatis. *Apost. ad Colos.* *d.c.* 2. *nu.* 9. quia in ipso verè erat Deus, & ipse verè verus erat Deus. *Isa.* *c.* 45. *nu.* 14. & 15. *Io.* *c.*1. *nu.*1.2.3. *c.*8. *n.* 28. *iuncto* *c.*3. *Exod.* *nu.* 14. & *eiusdem Io.* *c.*10. *nu.*30. *Prou.* *c.*8.*nu.*30.& *c.*30.*nu.*1 & 4. *Eccl.* *c.*1.*nu.*5. *c.*24. *nu.*5.34. 35.36.& 37. *Apost.* 2. *ad Cor.* *c.*5. *nu.*19. *et passim per vniuersa scripturę loca:* vt per huiusmodi intelligeremus, quod theologicarum rerum reuelatio non, nisi à Deo procedit, & pendet, procedere, & pendere potest, quod non de actiua solummodo reuelatione intelligendum est, sed etiam de passiua illa reuelatarum rerum in nobis pariente cognitionem, quę vt clarius nobis inotescere valeant, dicamus oportet, quod ea, quę à Deo nobis sunt reuelata, cum nō sint secundū hominem, sed secundum Deum, nobis etiam non naturalia, sed supranaturalia sint consequens est, cumque originaliter, ac secundum propriam formam non ab homine, sed à Deo sint tradita nobis, & tradita, & accepta inter se diuersa esse non possint, cum vnum dumtaxat sint vtriusque subiectum, qualia consequenter à Deo sunt tradita nobis, talia à nobis accipiantur, & alijs subministrentur, oportet. *Apost. ad Gal.* *c.* 1. *nu.* 11. *et* 12. *P. ad*

Cor.

*Cor.c.15.nu.1.2.3.secunda ad Eosdem c.11.nu.4.P.ad Thess.c.2.nu.2.4.et.13. secunda ad eosdem c.2.nu.13. Ad Eph. c.1.nu.13.c.3. nu.3.4.5. P. ad Tim.c. 1.nu.11.Ezech.c.2.nu.17.27.*ad cuius clariorem intelligentiam dici etiam potest, quod cum actiua reuelatio duplex sit, vniuersalis videlicet, & particularis: vniuersalis, quę velut fidei semen per vniuersum mundum tanquam per agrum seminatũ nusquã nõ a Deo dilatata fuit,ita vt nullus, quod eam non susceperit, quia ad eum non peruenerit, se excusare vnquam possit, quia re vera in vniuersa fuit annunciata creatura, quę sub cęlo est, & vbique omninò peruenit. *Apost. ad Colos. c.1. nu.6.& 23. Ad Rom.c.1.nu.5. c.16.n.26.secunda.ad Thess. c. 1.nu. 8.c. 2. nu. 13. P. ad Tim. c.4. nu.6. Deut.c.18.nu.18. Psal. 18.nu. 5.Isa.c. 55.nu.2.3.4. Mar.c. 1.nu.15.c.4.nu.14.c.14.nu.9.Luc.c.8.nu.12.Mat.c.26.nu.13. Io. c.20. nu.31.* Particularis verò, quę ipsismet impartitur credentibus, vt quid quisque re sibi per fidem in fide faciendum sit, cognoscat, cuius impressiuus cognitionis actus à Deo ex gratia in nos prouenit, tanquam effectus à sua causa, quem superius reuelationem illam passiuam appellauimus reuelatarum in nobis relinquentem cognitionem rerum, quia altera, sine altera in esse esse non potest, alioquin in mente nostra cognitionem infudisse dici non posset, nisi eam actualiter in ipsa impressam reliquisset, quia cognitio, vt cognitio sit, actu existat, oportet, quod nobis. *Isa.c. 50. nu. 4. & 5.* manifestare volens ait: *Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, & ipse retrorsum non abijt: erigit enim mane, mane mihi erigit aurem, vt audiam quasi magistrum, & Psal. 93. nu. 12. Reg. Proph. ait: Beatus homo, quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum,* eruditio autem, quatenus alicuius est disciplinę actus informatiuus, non ab erudito, sed ab erudiente, tanquam termino, à quò, in eruditum tanquam terminum ad quem trãsit, & nisi eruditio ab erudiente in eruditum actualiter per transiret, quis nunquam dici posset eruditus, eius nec cognitio secuta, vel reuelatio percepta, quousque re in mente ea transfusa fuerit eius, qui eruditur, reuelationem, seu cognitionem eius recipit, quę eruditionis, reuelationis, seu cognitionis receptio, siue fiat illuminatione, siue intellectione, siue sapientia, siue scientia, siue veritatis participatione, siue intellectus, & sensus aperitione semper à Deo in nos prouenit, & illius gratuitum sit donum confiteamur, oportet. Et ad illuminationem reuertentes dicimus, quod illius lumen non apud nos homines, sed apud Deum Patrem, & fontem luminum residet, & ab eo in nos prouenit. *Psal.35.nu.10. Psal. 66.nu.2.et 3. Iac. c.1. nu. 17.Mat. c.11.nu.11. iuncto Io. c.1.n.8.et 9. c.5.nu.34.et 41.c.8.nu.12. c.14.nu.6. Eccl. c.4.nu.21.*

c.24.

c.24. nu.38. et 44. Isa. c.30. nu.20. et 21. c.42. nu.6. c.49. nu.6. c.60. nu.3. nam mens nostra ad diuina cognoscenda ex se est tanquam lucerna extincta, quę non propria sua se ipsam accendit virtute, sed ab hac vera luce accenditur, & illuminatur, accensa autem, & illuminata, & ipsa lumen est, hoc tamen lumen, quo, quę Dei sunt, conspicimus, non nostrum, sed Dei est proprium, & ab eo in hoc nobis est mutuatum. *Psal. 17. nu. 29. Psal. 66. nu.2. et 3. Psal. 118. nu.135. Psal.26. nu.1. Iob. c.29. nu.3. et 4. c.33. nu.30. c.12. nu.22. Apost. ad Eph. c.5. nu.13. c.1. nu.17.* ita vt illuminatio huiusmodi Dei sit gratuitum donum. *Sap. c.5. nu.6. Mat. c.13. nu.11. Mar. c.4. nu.11. Luc. c.24. nu.45. Apost. 2. ad. Cor. c.3. nu.18. Psal.35. nu.10.* ad intelligentiam modo descendentes etiam dicimus, quod illa non apud hominem, sed apud Deum residet, neq; ab homine, sed à Deo nobis impartitur. *Eccl. c.1. nu.5. Iob. c.12. nu.13. c.28. nu. 11. 12. 20. & 21. Sap. c.5. nu.6. c.6. nu. 8. c.7. nu.7. 15. 16. 17. & 22. Dan. c.2. nu.27. & 28. c.7. nu.16. c.8. nu. 15. & 16. c.9. nu. 22. c.10. nu. 11. &c.* & ipsa Dei donum est. *Eccl. c.39. nu. 8. et seq. Sap. c.7. nu.22. 27. et 28. c.8. num. 21.* Similiter & sapientia. *Psal.50. nu.8. Prou. c.2. nu.6. Sap. c.7. nu. 21. c.8. nu.4. 8. & 21. c.9. nu.6. c.10. nu.10. & 16. Eccl. c.1. nu.5. 9. & 10. 26. 31. c.4. nu.14. & 21. c.11. nu.15. c.15. nu. 10. c.51. nu. 23.* idem & scientia. *Prou. d. c.2. nu.5. et 6. Psal.93. nu.10. Eccl. c. 11. nu.15. Sap. c.8. nu.21* sic & agnitio veritatis. *Eccl. c. 24. nu. 25. Psal. 39. nu. 12. Esd. 3. c. 4. nu. 38. Io. c.8. nu.40. & 46. c.1. nu.17. Ier. c.4. nu.2. c.2. nu.2. Apost. 1. ad Tim. c. 2. nu.4. 2. ad Cor. c.13. nu.8. secunda. Ad. Tim. c.3. nu.8.* nec non & intellectus. *Psal. 118. nu.34. 73. 125. 144. Psal. 31. nu.8. Eccl. c.4. nu. 21. c.15. nu.5. c.24. nu.44. Bar. c.3. nu.14.* etiam sensusmet ipse *Sap. c.8. nu.4. & 6. c.9. nu.17. Eccl. c.24. nu. 36. et 44. Iob. c.33. nu.16. Luc. 24. nu. 45. Io. 1. c. 5. nu.18.* & hęc ita se habere dicimus non solum æterna Dei sic statuente prouidentia, sed & ipsa natura, nam si, *quæ Dei sunt nouit nemo, nisi spiritus ipse Dei, qui in ipso est Deo. Apost. 1. ad Cor. c. 2. nu.11.* consequenter etiam, *nisi Deus miserit Spiritum Sanctum suum de altissimis, qui nobis eorum dederit sapientiam, & scientiam, ea intelligamus, impossibile est. Sap. c.9. nu.13. et 17.* ex mera ergo Dei gratia, & dono suum Deus in corda nostra infundens Spiritum Sanctum. *Apost. ad Rom. c.5. nu.5. Io. 1. c. 3. nu.24. c.4. nu.13.* ei si & nos adhæserimus, nos facit cum eo vnus esse spiritus, non natura quidem, sed adhæsione. *Apost. p. ad Cor. c.6. nu.17.* sicutq; huiusmodi vnione suum nobis participat spiritum sic vtriusq; cognitionis adhæsione, & vnione diuinorum nobis participat cognitionē, secundū tamen mensurā donationis suæ. *Io. p. d. c.3. num. 24. c.4. nu. 13. et 16. Apost. ad Cor. c.3.*

num.

num.17.c.6.num.17. et 2. ad Eosd. c.6.num.17. et 18. ad Eph.cap.4.num.7. quod in spiritu Dei animaduertens Eliu. *Iob. c.32.nu.8.* ait: *sed vt* (in spiritu videlicet Dei) *video; spiritus equidem hominis est in homine, inspiratio autem omnipotentis ei* (per Spiritum Sanctum suum) *dat intelligentiam,* quod & *Apostolus d. P. ad Cor. c.2.nu.12.* ex supradictis, ta[n]quam e[x] præmisis inferens ait: *Nos igitur spiritum, qui ex Deo est, accepimus, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis,* quia ea sine Deo habere nemo potest. *Isa. cap. 64. nu.4.* quoniam illius sunt dona. *Sap. cap.8.num.21. Io. cap.14. num.26. Apost.p.ad Cor. c.12. num.8. 10. et 12. Ad Eph. c.4.num.7.* Dominus propterea noster Iesus Christus. *Io. c.14. nu. 26. c.15. nu.26. c. 16. num.13.* discipulis suis constanter affirmauit, (quibus hoc affirmans omnibus id affirmasse dicitur. *Mar. c.13.nu.37.*) quod omnem theologicarum rerum veritatem à Spiritu Sancto accepturi essent, vt neminem omninò lateret vnquam, à quo in nos hoc sanctum effflueret donum, sacrosancta propter hoc Ecclesia, *quæ est columna, et firmamentum veritatis. Apost. p. ad Tim. c.3.nu.15.* à Spiritu Sancto illuminata declarauit, & docuit semper, & docet, quod Theologicarum rerum sapientia, scientia, & intellectus sint Spiritus Sancti dona, & quod pro talibus ab omnibus inuiolabiliter habeantur, & habenda sint, ne vllus in posterum super huiusmodi re decipi vnquam posset: si ergo hæc est Christi, & Ecclesiæ doctrina vera, in qua qui non permanet Deum non habet. *Io.2. ad Electam nu.9. et 10.* cur hanc a Deo electam reprobauerimus, vt ab eo reprobatam accipiamus? *Apost.1.ad Cor. c.1. nu. 19 et 21. c.2. num.4. et 5. c.3. num.19. et 20. Ad Ephes. c.1.nu.13. P. ad Tess. c.2. nu.13. et 2. ad eosdem c.2. nu.13.* etsi Spiritus Sanctus, qui verus est veritatis spiritus, omnis in nobis huiusmodi est principium, & causa cognoscendæ veritatis, cur Christianus vir sacrosanctum hoc à Spiritu Sancto auferet donum, illud vt Aristoteli tribuat? Homo ergo, & non Deus? non scientia Christi, sed humana ethnici doctrina viri? *Isa. c.31. nu.3. Exod. c.32. num.4.9.11. Pet. 2. c.1. num.3. Apost. ad Colos. c.2. nu. 8. Io. 1. c.4. nu.6.* si autem aliundè, quam à Deo in nos perueniat impossibile est. *Isa. d. c.64. nu.4. Apost. 1. ad Cor. d. c.2. nu.9. 11. & 12. c.12. nu.11.* alij etiam accepto feramus dedeceat, arbitrari debemus, ne mendacem faciamus eum, qui superius dicta de eo nobis protulit testimonia. *Io. 1. c.5. nu. 10. et 2. ad Electam d. c. vnico nu.9. et 10.* non ne & veritatem in mendacium commutamus, & erga Deum ingratos nosmet exhibemus, si eius dona, & donorum gloriam creaturæ potius, quam ei tribuerimus? *Apost. ad Rom. c.1. nu.25. Reg. P. c.8. nu.7. c.10. nu.19. c.12. nu.17. Ose. c.2. nu.5.8.9. & 12. c.13. nu.11. Isa. c.1. nu.3.*

Ier.c.2.nu.27.& 35. etsi actu aliter hoc nobis esse videatur, ex eo id euenit, quia cognitioni theologicarum rerum operam dantes sapientiæ spiritus, qui in medio nostri semper inhabitat semitarum iudicij, vt sua nos illuminatione ditet,& nostros sua impleat scientia thesauros quoniã delicias sibi reputat esse cum filijs hominum. *Prou.c.8.nu.*20. 21. *&* 31. suo nostræ confestim obuiam se exhibet lumine perscrutationi, vt sua nobis abscondita manifestet, quoniã se inquirentibus se ipsã negare nõ potest, *quoniam benignus est, atq; suauis.Prou.d. c.8.n.17. Apost.2.ad Tim.c.2.n.13. Ad Gal.c.5.nu.22. Sap. c.1. num.6.c.6.nu.17.c.7. num. 12. 21.& 23, c.8. nu.4. Eccl. c.1.nu.24. et 26.c.4. nu.21.c.6. nu. 28.c.15.nu.2. 3.5. et 6.* ab eo autem nos hac illuminati via.*Io.c.1.n.9.Eccl.c.24.n.38. et* 44. hinc nos theologica intelligere noscentes, qua autem ea methodo intelligamus non distinguentes, pro eo vt cognitionem illorum à diuino recognoscamus sapientiæ spiritu, à propria Aristotelis eam capessere putamus doctrina, quoniam illius & nos participes sumus, quia nostrę est illa partus naturæ, cum autem harum vtraq; intelligendi ratio spiritualis sit, idcircò à Dei spiritu, cuius illa sunt dona, in nos interius inspirata, vnde sic in nos aduenerint ignoramus, quia Dei spiritus, vbi vult, spirat, nos autem inspiratæ in nos percipientes illuminationis claritatem, vndè in nos aduenerit, non animaduertentes, nec scire curantes. *Io.c.3.nu.8. Apost. 2. ad Cor.c.3.nu.17.et 18. Ad Heb. c.8.nu.11.et 12. Isa.c.11.nu.9.c.51.nu. 7. Bar.c.3.nu.28.et 37.* à nostra in nos putamus prouenisse virtute, eo quod de se quisq; facilè præsumat, ac suo abundet sensu, ad quod tanto facilius adducimur, quia sicut boni similitudine nostra fallitur voluntas, sic intelligendi similitudine facile noster decipi potest intellectus. *Eccl. c.18. nu.10. c.36.nu. 24.c.37.nu.3. Sap. cap.4. nu. 11. &* 12. maximè quando non per fidem, vt deberemus, sed magis per ipsas rerum species menti nostræ oblatas ambulare gaudemus, quia natura discursiui, & glorię cupidi sumus, Dei autem gloria, cum nostra sit, ac esse debeat gloria vera, quam pro propria nostra deserentes gloria, nostri magis, quam Dei nos amatores, & consequenter ingratos, & iniustos esse demonstramus. *Apost. 2. ad. Cor. c.5. nu.7. ad Heb. c. 11. nu.3. P. ad Cor. c.1. nu.29. & 31. Io.c.7.nu.18. Ier.c.9.nu.23. &* 24. à tutaq; fidei capessendæ sic declinamus via. *Io.c.5.nu.44. &* 47. Beatus propterea Ioannes optimè noscens, quod Spiritus Sanctus, qui in sacris literis vnctio appellatur. *Isa.c.61.nu. 1. Luc.c.4.nu.*18. re vera est in nobis huiusmodi cognitionis principium, & causa, vt ab humanæ nostræ nos auerteret præsumptione scientiæ *sua P. c.2.nu.27.* ait: *Vos vnctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis,*

 quo-

quoniam hi, in quibus illa manet, nō necesse habent, vt aliquis eos doceat, sed sicut vnctio eos docet, de omnibus est verum, & non mendacium, quia vnctio hęc spiritus est ille veritatis, à quo recipimus, & recipere mandatum habemus, omnem veritatem, & sine quo eam recipiamus, impossibile est. *Sap. d. c. 9. nu. 17. Isa. c. 64. num. 4. Io. c. 14. num. 26. c. 16. num. 13. cum alijs superius citatis*: confiteamur ergo, oportet, quod re non ab Aristotele aliouè puro philosopho, neq; ab huiusmodi ipsorum propria doctrina eam recipiamus, ne prædictis omnibus sacris Scripturis contradicere videamur: cognitionem hāc prçterea si medio philosophię, vel philosophi, prout purus est philosophus, haurire, & cōsequi possemus, huiusmodi etiā medio consequi posse videremur & iustitiam, & salutē, & æternā vitā, quia *cognoscere Deum consummata est iustitia, et iustitiam, et virtutē eius nosce radix est immortalitatis, et æterna vita. Sap. c. 15. nu. 3. Io. c. 17. nu. 3.* quarum inclusio rerum esset donorum Dei exclusio *Sap. c. 8. num. 21. Mat. c. 11. nu. 25. et 26. Luc. c. 10 num. 21.* In his autem exprimendis si liberius cuiquam loqui videremur, quam decere arbitrentur, testem Deū inuocamus, quod non in alicuius personę, vel scientię offensionem hoc facimus, sed, vt in Deo, cuius est verbum, de quo noster prçcipuus est sermo diuini fulgeat gloria verbi, a cuius veritate, & consequenter à fide quicumq; declinarunt ad hanc scientiam, tamquam ad anchoram suorum tuendorum confugierunt errorum eo prętextu, quod hęc scientia sit fundamentum theologicarum extrinsecans cognitionem rerum, quorum suppositum exaduerso expresse percutit dogmata fidei, sacrorum, quantum in se est, concutit auctoritatem Conciliorum, quam à Spiritu Sancto accipere Christiana veritate confitemur, dum ijs in eius virtute congregatis decernentium illuminat mentes ad eam cognoscendam veritatem, quam in synodalibus statuendam decernunt decretis, & dexterum, quātum in se ipsis est, conantur summi oculum eruere Pontificis, & illum indecorè fronti infidelis infigere viri, vt diuina illa veritas, quę sęculis elapsis à supremi Ecclesiæ capitis oraculo honorificentissime præstolabatur, modo impiè à Principe Peripateticorum expectanda esset, à quo quot, & quanta emerserint, & quotidie emergant mala, omnia qui nouit, priusquam peiora (quod absit) eueniant, sua nobis nota faciat misericordia: non ignoramus tamen, quod multi in erroneam hanc inciderint opinionem ex eo, quod viderint nonnullos ex sanctis viris huiusmodi philosophicis vsos fuisse rationibus, & doctrinis, quasi his non vsi fuissent, si philosophia re vera fundamentum non esset theologicarum nobis extrinsecans cognitionem rerum, quia immò ex eo potius exaduerso con-

trarium colligitur, & colligatur, necesse est, quia si sancti verè fuerunt, vt re vera fuerunt, necessariò etiam non negauerint ea (vt superius demonstratum fuit) esse Spiritus Sancti dona, ab orthodoxisq; non recesserint sacrosanctæ Ecclesię dogmatibus, consequens est: non iniqua ergo, sed honesta, cur huiusmodi philosophicis vsi fuerint rationibus, & doctrinis, est assignanda ratio, & dicimus eos his vsos fuisse ad suę exprimendos mentis conceptus, ad demonstrandasq; rerum naturalium substantias, ac earum naturas, quia cum illi natura rationales essent, & quę demonstrabant naturalia essent, naturalibus etiam demonstrarentur rationibus, ipsa postulabat ratio, non autem, vt eorum medio supernaturalia demõstrarent, quoniam vnumquodq; suo apto, & opportuno enodetur medio, conuenit, naturalibus videlicet naturalia, supernaturalibus supernaturalia. *Apost.* 1. *ad Cor. c.*2. *nu.* 13. quia sicut *nemo*, vt *Idem ibidem num.* 11. dicit, *scit ea, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est homine* consequenter etiam si homo ea, quę sua sunt, extrinsecare voluerit, Spiritus etiam ille, qui in ipso est, ijs rationibus, & doctrinis, quæ propriæ suæ sunt naturæ humano mediante sermone per sui organa corporis emisso ea exprimat, necesse habet; *sic ea, quę Dei sunt, sicut nemo scit, nisi Spiritus ipse Dei, in ipso qui est* natura *Deo*, vt homo extrinsecare valeat, seù potius, vt eius extrinsecentur ministerio necesse est, vt Dei spiritus in homine sit illo, per quem extrinsecanda sunt, qui illam instruat, quæ, & & qualiter ea extrinsecare, & docere debeat, immò ipse per os, & linguã eius quibus, & quomodo vult, suam reuelat, & manifestam facit scientiam, & veritatem. *Sap. c.*9. *n.* 13. *et* 17. *Psal.* 31. *n.* 8. *Psal.* 50. *n.* 8. *Reg.* 1. *c.* 23. *n.* 2. *Isa. c.* 50. *nu.* 4. *et* 5. *Ezech. c.* 3. *nu.* 24. *et* 27. *Io.* 1. *c.* 3. *nu.* 24. *c.* 4. *n.* 13. *Apost.* 2. *ad Cor. c.* 13. *n.* 3. etsi sancti prędicti de hoc in isto, vel in alio sęculo interrogati fuissent, vel interrogarentur, non aliter certè respondissent, vel responderent, quoniam veritas ita se habet, quam corrumpere nemo potest, & quam non negamus, ne Dei beneficia negantes ingrati simus erga suum Sanctum Spiritum omnem nos supernaturalium docentem veritatem, & scientiam, quia, si sine spiritu Dei ea intelligamus, impossibile est, sic vt quis ea sine Deo intelligere faciat, quoq; impossibile est, quia, si sua is propria virtute, vel philosophię, seù physicæ rationis medio ea realiter nos intelligere faceret, non esset verum, quod nos sine Deo ea intelligere non possemus, neq; verum esset, quod spiritus Dei esset, qui nos omnem doceret veritatem, si alius eam à se ipso cum effectu nos docere posset, neq; diuinorum scientia, sapientia, & intellectus Spiritus Sancti essent dona, si homo à se ipso ea impartiri posset. *Isa. c.* 64. *num.* 4.

Apost. 1. *ad Cor. d. c.*2. *num.* 12. *Ezech. c.*3. *num.* 27. *Mat. c.*10. *num.* 19. *et* 20. *c.* 13. *num.* 11. *Mar. c.*4. *nu.* 11. *c.* 13. *num.* 11. *Luc. c.* 12. *num.* 12. *c.*8. *num.* 11. *c.*21. *num.* 15. *Io. d. c.* 14. *num.*26. *c.* 15. *nu.*26. *c.* 16 *num.* 13. *Eccl. c.*43. *nu.*29. Neq; id obstaret, si replicaretur, quod ex hac philosophica scientia multa deducantur, ac deduci valeant argumenta, & illationes, quarum medio à maximis eximamur erroribus, quarum alterum nobis proponitur exemplum. *Isa. c.*44. *num.* 19. *et sequentibus*, vbi dicitur, quod si ex vna parte ligni, quis idolum formet, ex alia parte proiecta in ignem se calefaciat, scire potest, quod idolum illud non est, esse nec potest Deus, quia illius si pars altera in ignem proiecta, quin in cinerem redigeretur facere non valuit, sic nec alia valeret, si & illa in ignem proijceretur, quia eiusdem sunt speciei, qui autem se ipsum saluare non potest, Deus alios saluans esse non potest: quia respondemus, quod ex huiusmodi illatione ad nullam diuinam, vel supernaturalem deuenimus cognitionem, sed tãtum ad cognitionem stultitię nostræ, quæ enim maior stultitia, quam putare, quod homo, qui mortalis est, Deum sibi facere valeat immortalem ex materia corruptibili, & sine anima? Nemo enim ex his similem sibi potest homo Deum fingere, melior est enim ipse his, quos colit, quia ipse quidem vixit cum esset mortalis, illi autem nunquam. *Sap. c.*15. *num.* 16. *&* 17. *Eccl. c.*47. *nu.*28. *&* 29. *Reg. tertio c.* 12. *nu.* 28. etsi non semper ad alicuius per eam deueniamus cognitionem stultitiæ nostrę, ad supernaturalis saltē nō deuenimus, deuenire nec possumus scientiam veritatis, quia eam à Spiritu Sācto recipimus, & recipiamus, confiteamur oportet, textibus superius allegatis, quia naturalia naturalibus, superanaturalia supernaturalibus comparantur scientijs. *Apost.* 1. *ad Cor. c.*2. *nu.* 13. & ne vllo vnquam temporis tractu huius ad diuina capessenda fascino doctrinę noster decipi posset intellectus, *Idem ad Colos. c.* 2. *nu.* 8. sic nos erudiens ait: *Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem* (illius ad diuina tradenda doctrinæ) *fallaciam, secundum traditionem hominum*, ac huius elementa mundi elaboratam, non secundum Christum, neq; secundum eius doctrinam, secundum quem, & quam sit, necesse est, quia ipse nostra à Deo factus est sapientia, lux, via, veritas, & vita. *Apost.* 1. *ad Cor. c.* 1. *nu.*30. *Ad Gal. c.* 1. *num.* 11. *&* 12. *Eccl. c.*24. *nu.*37. 38. 44. 46. *&* 47. *Io. c.* 1. *nu.* 9. *c.*8. *num.* 12. *c.* 14. *nu.*6. *Isa. c.* 30. *nu.*20. *&* 21. *c.*42. *nu.* 6. *c.* 49. *nu.*6. *c.*60. *nu.*3. *c.*33. *nu.*6. *c.* 11. *nu.*9. *c.*22. *nu.*22. *Iob. c.* 12. *num.* 14. *Apoc. c.*3. *num.*7. eiusq; doctrina, quæ vtiq; non humana, sed diuina est, nostra est institutio, & sciendi norma. *Io. c.*7. *nu.* 17. *c.*8. *nu.*47. *c.* 10. 4. 5. 27. *c.* 14. *num.* 24. *Sap. c.*7. *num.* 28. *c.*9. *nu.* 19. in qua qui non permanet

Deum

Deum non habet, ad nos ergo si quis venerit hanc non afferens doctrinam, eum nō recipiamus, ei nec AVE dicamus, nos monet *B. Io. sua p. ad Elect. n. 9. et 1. c. 4. n. 5. et 6. Apost. ad Heb. cap. 13. n. 9. Isa. cap. 54. n. 13. et idem. Io. cap. 6. num. 45. 64. 69.* à quà Sancti Apostoli, qui à Christo primario fundamento successiua sunt firmissima fundamenta nunquam recesserunt, sed ab eo quæcumq; audierunt, ad nos fideliter retulerunt, vt super hoc fundamento vniuersa ecclesiastica ædificatio fundata, & constructa maneret, manēs sēper vniformis esset, vt suo loco latius dictū fuit. *Apost. ad Eph. c. 2. n. 20. 21. et 22. P. ad Cor. c. 3. nu. 11. Apoc. c. 21. nu. 14. &c.* quia theologica arcana illis multò clarius, ac vberius, quam alijs à Deo manifestata fuerunt, quibus, vt nos ad hortantur, attendentes benefaciemus. *Apost. ad Eph. c. 3. nu. 3. 4. & 5. Pet. secunda c. 1. nu. 19.* ab ipsorum propterea doctrinis, & traditionibus ne recederemus nos admonēs *B. Io. sua p. c. 2. nu. 24.* ait: *Vos, quod audistis ab initio maneat in vobis, quia, si in vobis manserit, quod audistis ab initio, & vos in Patre, & filio manebitis, vt fecimus nos, in quibus mansit, quod à Deo ab initio audiuimus, & illud idem prędicamus, idcirco, qui audit nos, ex Deo est; quia verba Dei* per nos prędicata *audit: nos qui non audit, ex Deo non est, quia verba Dei* per nos prędicata *non audit*, vt audiat, necesse habet, alias *se à spiritu erroris deduci manifestat Io. c. 8. nu. 47. & sua p. c. 1. nu. 1. & 2. c. 4. nu. 6. Apost. p. ad Cor. c. 15. nu. 1. & 2. Ad Gal. c. 1. nu. 8. 9. 11. et 12. Ad Eph. d. c. 3. nu. 8. 9. 11. et 12. Ad Philip. c. 4. nu. 9. Ad Thess. c. 2. nu. 13. et 14.* Cęterum, si quis aliter, quam ipsi nos docuerunt, senserit hoc à Deo reuelatum habeat, necesse est. *Apost. ad Philip. c. 3. nu. 15. et 16.* si quis ergo sentiat: Quod phylosophia, seu physica ratio sit fundamentum theologicarum nobis extrinsecans cognitionem rerum, non solum ex supracitatis Apostolorum, & sacrarum scripturarum auctoritatibus, sed etiam ex ipsa summi Pontificis sententia id aliquo Dei astruat testimonio, necesse habet, Dei autem testimonia, vt ipse dicit, ipsa sunt diuina verba & miracula diuina emanata virtute *c. cum ex iniuncta § sicut enim multa sunt. vers. sed oportet astruat. De Hęret. Io. c. 3. nu. 33. c. 5. nu. 36. c. 6. nu. 45. c. 9. nu. 33. c. 10. nu. 35. c. 14. nu. 12. Act. Apost. c. 3. nu. 12. et 16. c. 11. nu. 14. et 15. c. 19. nu. 11. Apost. p. ad Cor. c. 2. nu. 4. et 5. secunda ad Eos. c. 11. nu. 13. et 14. c. 12. nu. 12. Exod. c. 3. nu. 14. c. 4. nu. 8. c. 7. nu. 10. 11. 21. et 22. c. 8. nu. 6. 10. 17. et 18. Deut. c. 18. nu. 18. et 19.* quod autem hoc diuino comprobetur verbo tantum abest, vt potius eo contrarium probetur. *Apost. ad Colos. c. 2. nu. 8. iunctis 2. ad Cor. c. 13. nu. 3. Io. c. 10. nu. 35. et Act. Apost. c. 17. nu. 11.* sicut, & actu practico constare dici potest, quia Ephesij post receptionem

nem Sancti Euangelij fere omnes phylosophię combusserunt libros:nam, si verba Dei sunt lumen illud, ad cuius splendorem, ne erremus, ambulemus, oportet. *Psal.* 118. *nu.* 105. *et* 160. *Prou. c.* 4. *nu.* 10. 11. *et* 12. *Sap. c.* 6. *nu.* 12. *et* 27. *Isa. c.* 30. *nu.* 21. *et* 22. *Io. c.* 17. *nu.* 8. *et* 17. eo consequenter ab oculis mentis nostrę erepto erremus, & prolabamur, consequens est. *Sap. c.* 16. *nu.* 10. 11. *et* 12. *c.* 5. *nu.* 6. *Io. c.* 11. *nu.* 9. *et* 12. *Reg.* 4. *c.* 22. *nu.* 13. 19. *et* 20. quam veritatem, tamquam de summa rerum agentem, nos latere nolens Deus. *Mat. c.* 22. *nu.* 29. *Mar. c.* 12. *nu.* 24. manifestè declarauit, quod diuini ignoratio verbi omnis nostri est erroris, error verò mortis causa. *Prou. c.* 21. *nu.* 16. *c.* 5. *nu.* 23. *Sap. c.* 5. *nu.* 6. *Bar. c.* 3. *nu.* 27. *et* 28. *Ier. c.* 7. *nu.* 28. *c.* 8. *nu.* 9. si prętereа diuina verba ex eo in nos prouenerunt, vt eorum medio interni diuinę nobis communicarentur mentis conceptus, quos nobis dicta posse afferre, & communicare verba cum veritate dici non possent, nisi illos inclusos in sè rę ipsa gererent, & illos interius in mentem nostram secum actualiter introducerent, prout re vera eos in animam nostram secum introducunt. *Prou. c.* 1. *nu.* 21. 23. *et* 33. *Eccl. c.* 6. *nu.* 18. 19. *et* 34. *c.* 27. *n.* 7. *et c.* 51. *nu.* 33. *Sap. c.* 6. *nu.* 27. nam si *verbo virtutis suę nobis omnia portauit Christus* *Apost. ad Heb. c.* 1. *nu.* 3. & hęc ab eo nobis suo portata verbo erant ea, quę in diuina eius erant abscondita mente. *Mat. c.* 13. *nu.* 35. *Apost. ad Gal. c.* 1. *nu.* 11. *et* 12. *Ad Eph. c.* 3. *nu.* 5. *Ad Colos. c.* 1. *nu.* 6. 23. *et* 26. ea etiam in se inclusa diuinum eius gereret verbum, consequens est, quod interius in nostram penetrans mentem ea sic intra se inclusa continens, illa consequenter vt ex eo nos educere, & haurire valeamus, hoc aliqua mediante exequamur facultate, necesse est, quam cum propria nostra non habeamus natura, quia agentis potestas vltra naturales suas se extendat vires, impossibile est, aliundè etiam, vnde illa natura prouenit, eam mutuemus, seu nobis donetur, necesse est, sicut ergo ea, quę sunt hominis, inferior homine creatura nulla percipere potest, sic ea, quę Dei sunt, homo à se ipso ea percipiat, impossibile est, quia ad ea naturalis nostra non se extendit potentia. *Apost p. ad Cor. c.* 2. *nu.* 11. *Isa. c.* 64. *nu.* 4. virtute ergo, & gratia Spiritus Sancti, cuius est illa donum, nobis impartiatur, necesse est, diuinorum consequenter scientiam, & veritatem ediscere vt valeamus, Dei in nos sit spiritus, necesse est, quia est ille re vera, qui eorum nobis dat intellectum, & scientiam, ac eorum nobis omnium manifestat veritatem. *Apost. p. ad Cor. d. c.* 2. *nu.* 12. *Psal.* 50. *nu.* 8. *Psal.* 118. *nu.* 34. 72. 105. 125. 130. 135. *et* 144. *Sap. c.* 9. *nu.* 13. *et* 17. *Eccl. c.* 4. *nu.* 21 *Iob. c.* 32. *nu.* 8. *Luc. c* 24. *nu.* 45. *Io. dd. c.* 14. *nu.* 26. *c.* 15. *nu.* 26. *c.* 16. *nu.* 13. *et*

sua

sua p. c. 2. *nu.* 20. Non philosophia ergo, sed diuinum verbum diuinę in se huiusmodi continet mentis conceptus: non Aristoteles eorum veros enodat sensus, sed Spiritus Sanctus, qui diuinam omnem nobis manifestat veritatem. Humanam ideo sapientiam, quam philosophiam mundus appellat, meritò reprobauit Deus, quia ad diuina capessenda propria sua non se extendit virtute, & consequenter ad hoc non lux, sed tenebra est, & sui elegit predicationem verbi, quia in illo sunt diuinę suę inclusi conceptus mentis, illorumque veri, ac proprij sensus, quippe quod natura lux est, ac veritas ęterna illa, quę manet in ęternum, inualescit, obtinet, & viuit in sęcula sęculorum, & quorum sensuum, ac veritatum omnium interpres ipse est Spiritus Sanctus. *Apost. p. ad. Cor. c.* 1. *nu.* 19. 20. *&* 21. *c.* 3. *nu.* 19. *Ad Colos. c.* 2. *nu.* 18. *Psal.* 118. *nu.* 105. 130, *et* 160. *Esd. tertio c.* 3. *nu.* 38. *Io. c.* 17. *nu.* 17. *c.* 10. *nu.* 35. ab offendiculis propterea errorum vt nos auerteret Christus, sanctissime nos monuit, vt in diuinis decernendis rebus probè anima duerteremus quo pręuio vteremur lumine, quia, sicut ad ea, quę propriè sunt hominum, decernenda non concupiscibili cognitione, quia ad id tenebra est verè, sed lumine vtamur rationis, necesse est, sic ad diuina decernenda non physicis rationibus, quia, vt superius dictum est, ad id sunt tenebrę, sed diuino vtamur lumine, necesse est. *Apost. p. ad Cor. d. c.* 2. *nu.* 11. 13. *et* 14. *ad Rom. c.* 8. *nu.* 5. 6. *&* 7. *cum alijs superius allegatis*: de eo propterea vniuersale statuens axioma. *Mat. c.* 6. *nu.* 23. ait: *Vide, quod lumen, quod est in te*, idest, quo vti proponas, *non sint tenebrę*, quia, si reuera tenebrę fuerint, *ipsę*, quę indè emergent, *quantę erunt tenebrę?* nam ex his inferendo in infinitum ferè multiplicabuntur, quia *tenebrę tenebras fouent, protegunt, dilatant, & augent*, nam ex vno dato mendacio, seu inconuenienti infinita sequuntur. *Iob. c.* 40. *nu.* 17. *Apost. p. ad Cor. c.* 15. *nu.* 14. 15. 17. *&* 18. & demum si operis apposite agendi principium ipsa eiusdem est operis rectè agendi pręcognitio vera, pręcognitionisque huius rectè pręconcipiendę necessaria principia sunt hęc: primò potentia ad huiusmodi pręcognitionem concipiendam apta in ipso realiter inexistens cognoscere debente: secundò internum illius exsuscitādę desiderium ipsum mouens cognoscere debentem ad pręcognitionem huiusmodi intra se exsuscitādam: tertiò obiecti cognoscendi illuminatio intra mentem illud cognoscere debentis actualiter exsuscitata, vt eius illuminationis medio & ipsi illud cognoscere debenti visibile fiat, & re videatur ab illo: quartò recta, & apta dispositio ad id ipsius cognoscere debentis: quintò pręcognitionis huiusmodi formandę methodus, & ratio vera. Apta

autem

autem diuinorum cognoſcendorum potentia, etſi interius in nobis inexiſtat, noſtrę tamen non eſt priuata potentia naturæ, vt aſſerere valeamus, quod à nobis, prout ex nobis, illa ſit, quia re vera à Spiritu Sancto in nos prouenit omnem diuinorū nos gratis docente veritatē, cuius illa eſt donum, ſupracitatis. *Sap. c.9. num. 17. & 18. Eccl. c. 39. num. 8. Iſa. c.28. nu. 26. c. 54. num. 13. Io. dd. c. 14. num. 26. c. 15. nu. 26. c. 16. nu. 13. c. 17. nu. 22. & 23. Apoſt. 1. ad Cor. c. 2. num. 9. & 12. ſecunda ad Eoſdem c. 4. nu. 7. Prou. c. 2. num. 6. & alijs ſuperius allegatis.* Simplex verò ſciendi deſiderium in intellectu noſtro à natura ingenitum, etſi eiuſdem ſit noſtri propria intellectus virtus, à qua tamquam à mouente principio cogitare mouemur ea, quæ natura noſter poteſt capere intellectus, diuina tamen cogitare cum ſimplicis non ſit indagationis motus principium, vt eſt prefatum ſciendi deſiderium, ſed conſummatus ſit cognitæ veritatis ſenſus. *Sap. c. 6. nu. 16.* propter hoc confiteamur, oportet, quod huiuſmodi diuinorum percipiendorum initium non noſtrum ſit ſimplex ſciendi deſiderium, ſed diuinæ veriſſima diſciplinæ concupiſcentia, vt habetur ex præfato *Sap. c.6. nu. 18.* quæ vt re veriſſima ſit, ac eſſe poſſit, prout ſic, vt ibi dicitur, neceſſe eſt, illius oportet habeat certitudinem rei, de qua eſſe veriſſima dicitur hæc diuinæ diſciplinæ concupiſcentia, alias re veriſſima nec eſſet, nec talis de ea dici, ſeu prædicari poſſet, hinc ſequitur quod diuina cogitare non noſtri ſit deſiderij ſciendi ſimplex motus, ſed vel noſtri vlterior indagatio intellectus de ea verè, quæ veriſſima dicitur eſſe veritate: vel perfectiſſimi ſit intellectus actus, prout ſit ipſa diuina dictat ratio, & ſacræ auctoritas paginę, quia principium motus ſciendi in intellectu noſtro non à denudata, quam quęrere deſideramus, incipit veritate, ſed ab exordio motus illius indagandę, alias principium indagandæ veritatis ipſius eſſet iam perceptæ finis, & completa abſolutio: & exordium motus noſtri intellectus ipſa eſſet illius quies, & ceſſatio operis: perfectiſſimus verò intellectus, vt videat veritatem, nulla indiget motione, neq; laborando eam inuenit, ſed eam ſemper præſentem habet, immò cum ea vnum eſt: ſuam ergo Deus per Spiritum Sanctum ſuum nobis participans claritatem ea, quæ ſua ſunt nobis videre facit, & nos ipſa in ipſo cognoſcimus Deo, quoniam ea ſuo videmus lumine in ipſo Deo. *Iſa. c.64. num. 4. Io. c. 17. num. 22. & 23. & ſua 1. c. 1. nu. 5. & 6. Pſal. 35. num. 10. Apoſt. 1. ad Cor. c. 2. nu. 11. 12. & 13. 2. ad Eoſdem c. 3 nu. 18. Ad Eph. c. 3. nu. 18. & ſeqq.* de ea ergo cogitare ſi ſenſus eſt conſummatus, & eius concupiſcentia diſciplinæ ad regnum nos deducit ęternum, ad quod vtiq; nos non deduceret, ſi dumtaxat motus

cogitationis illius esset principium, & actus non perfectus, & consummatus, & in ipso Deo factus. *Sap. d. c.6. num.16. 18. & 21. Io. c.3. num. 21. c.15. num.5. Psal. 31. num.8. Psal. 142. num. 11.* Diuina verò illuminare obiecta sic, vt nobis visibilia fiant, & actu videantur, non humanum vtiq; sed diuinum est opus. *Reg. 4. c.6. num.17. Num. c. 22. num.31. Iob. c. 12. nu. 22. Psal. 35. num. 10. Psal. 118. num. 18. & 135. Eccl. c.24. num. 38. & 44 Isa. c.64. nu.4. Luc. c.19. nu.42. Io. c.1. num. 9. Apost. ad Eph. c. 1. num.17.18. & 19. c.3. num.18. & seqq. c.5. nu. 13.* Recta verò dispositio ad eam suscipiendam ipsius eam sumere debentis ipsa est emundatio conscientiæ ipsius ab omni sorde peccatorum, quia cum illa sint tenebrę, huic consequenter sunt exaduerso contraria luci illuminanti. *Io. c. 3. num. 19. & 20. Apost. ad Eph. d. c.5. num.13. & 14. Eccl. c.33. num.15. c.4. nu. 22. c.6. num. 4. Sap. c.1. num. 4. & 5.* quorum remissio non à puro homine, pro vt homo est, sed ab ipso procedit, & pendet Deo. *Mar. cap.2. num.7. & 10. Luc. c.5. num. 21. & 24. Iob. c.14. nu.4. Psal. 50. nu. 4. Isa. c.11. num.9. c.43. num.25. Ezech. c.36. num. 26. & 29.* Illius verò suscipiendæ, & conseruandæ methodus, seù ratio nobis à Deo præscripta ipsũ est Dei fœdus superius à nobis expositum, & *Isa. c.59 num. 21. Deut. cap. 18. num.18. & 19. Apost. ad Rom. c.10. num.17. Ad Gal. c.1. num.8. & 9. Io. c.2. nu.9.* à Deo nobis propositum, quod pariter non à nobis absolutè, sed à Deo procedit & pendet. *Isa. c. 43. nu.5. 6. & 7. c.44. num.3. & seqq. Ezech. c.11. num.19. c.16. uum.16. & à nu.59. vsq; ad fin. cap. c.36. nu. .27. & 29. Apost. p. ad Cor. c.14. nu. 36. Ad Gal. c.1. num. 11. & 12. Ad Eph. cap. 3. num.3.* His consequenter post habitis principijs, & medijs à Deo institutis, & nobis præscriptis, vt suprà, et eorum vice humana hac nostra adhibita virtute, & humana scientia, quę per se ad hoc non sunt sufficientes, & tamquam priores reprobatæ. *Apost. 1. ad Cor. d. c.1. nu. 19. 20. & 21. c.2. num.4. & 5. 11. & 12. c.3. num. 19. Ad Col. c.2. nu. 8. Mat. c. 11. num. 25. Luc. c. 10. nu. 21. Ier. c. 9. num. 23. & alijs citatis.* Horum etiam medio ad diuinæ cognitionem veritatis peruenire non valeamus, consequens esse dicitur, quia ad propositum assequendum finem ipsius reprobatis aptis medijs, ad illum perueniamus impossibile esse dicitur, nam, si exempli gratia ad animarum nostrarum sanandas ægritudines post habito instituto ad hoc remedio vti vellemus herbarum liquore, vel malagmate ad pristinam vtiq; eas non deduceremus salutem, quia sancta Dei electa reprobaremus remedia, vt nostris ceruicosè vteremur adinuentionibus. *Sap. c.16. num.12. Ezech. c.18. nu.21.25.27.28. c.33. num. 11. & seqq. vsq; ad 21.* Viri verò præstantissimi illi, qui & ho-

nestate, & sanctitate vitæ temporibus suis in hoc floruerunt sæculo, si rectos, & germanos sacrarum perceperunt, & docuerunt sensus scripturarum, theologicasq; res non vtiq; ope, vel medio id fecisse humanarum scientiarum existimandi sunt, licet in ijs quoq; præexcellentes essent, sed, quia spiritu Dei repleti erant, qui eis dabat intelligere, docereq; prout ei placebat, quoniam hæc eius dona sunt. *Act. Apost. c.2. nu.33. c.4. nu. 31. c.10. num. 44. c.11. num.15. Apost. ad Rom. c.8. nu.9. & 14. P. ad Cor. c.2. num. 11. & 12. c.12 num 11. Isa. c.11. num. 2. Ezech. c.36. num. 26. & 27.* Propterea *B. Io. sua p. nu.20. & 27.* ait: *sicut vnctio*, idest Spiritus Sanctus *vos docet de omnibus verũ est, & non mendacium, quia ille spiritus est veritatis omnem nos doceas veritatem*, & veros nobis suggerens scripturarũ sensus. *Io. c. 14. num. 26. c.15. nu. 26. c. 16. nu. 13.* qui con fuerit à Deo promissus sibi obtemperantibus *Act. Apost. c.5. num. 32.* ijs consequenter dabit illum, quoniam *verax est in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Psal. 144. nu.13. Num. c.23. num. 19.* Sancti ergo si diuinam intellexerunt, recteq; docuerunt veritatem, hoc fecerunt, quia Deo obtemperantes fuerunt, & eius mandata seruauerunt. *Io. c.14. num. 22.* propterea ex eo scire dicimur, quod de eius spiritu acceperimus, si eius mandata seruamus. *Io. p. d. c.2. nu. 5. c.3. num.24. c.4. num. 13.* ideò si, sicut ipsi eam cognouerunt, nos non cognoscimus illam, non ex eo id prouenit, quia re philosophi non simus, sicut ipsi fuerunt, sed quia optimè pręcepta Dei, sicut ipsi seruauerunt, nos non seruamus *Io. c. 14. num. 21. & 23. & sua p. d. c.3. num. 24. c.4. nu. 7. 8. 12. 13. et 16. c.5. num.3. secunda ad Electam nu. 6. Prou. c.6. nu.23.* Diuina præterea verba cum diuinæ sint indicationes conceptuum mentis, in ijs si quid obscurum est mentibus nostris, eius vt verum à tenebris in lucem valeamus educere sensum non ab Aristotele vtiq; percipere poterimus, quia cum nec Christi habuerit sensum, nec eius spiritum, in eius quod erat mente, nobis patefecerit impossibile est. *Apost. ad Rom. c.8. num.5. 8. et 9. P. ad Cor c.2. nu.11. 12. & 16. secunda ad Eosdem c.4. nu. 13. Iob. c.28. num. 11. 12. 20. et 21. Io. p. c.5. nu.18.* neq; eius philosophiæ medio, quia ad hoc à Deo non fuit electa, sed verbum eius. *Apost. ad Gal. c.1. nu.6. 8. 9. 11. & 12. P. ad Cor. c.1. num.19. 20. & 21. c.2. num.4. 5. c.3. num.19. Ad Col. c.2. num. 8.* hoc ergo fiat diuinarum inter sese collatione scripturarum, quia sunt sibi inuicem lumen. *Psal. 118. nu.105. et 130.* neq; contraria inter se esse possunt, quia *Deus in omnibus suis est semper verax verbis d. Psal. 144. nu. 13. Io. c.3. nu.33. c. 10. nu. 35. Apost. ad Rom. c.3. nu. 4.* quæ collatio, vt rectè fiat, virtute spiritus diuinæ sapientię fiat, necesse est, quia *illa sola à fi-*

ne ad finem fortiter attingit, et omnia suauiter, et rectè disponit Sap. c.8. num. 1. Prou. c 8. num. 6.8.9. 21. et 22. Luc. c. 24. num. 45. inenarrabilia autem cum sint verba Domini, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt Sap. c.17. num. 1. Eccl. c.36. num. 16. indisciplinatæ animę sunt, quæ vnitati veritatis diuinorum detraxerunt, vel detrahunt verborum. *Prou. c.8. num.30.* quia, si vnum est verum, verum sit alterum, necesse est, quia qui protulit illa semper verax est, & *illa veritas*, quæ in singulis continetur verbis *semper vna est inuariabilis, et æterna Psal. 118. nu. 160. Io. c.17. num. 17. c.18. nu. 37. Esd. tertio d. c.4. num.38.* propterea, ea omnia qui non credit, & confitetur esse vera, ex Deo non est, esse nec potest, quia *fides est vna omnium credendorum indiuisibilis vnitas Apost. ad Heb. cap. 11. num. 6. cap. 4. num. 2. Iac. cap. 2. num. 10. Io. cap. 8. num. 46. & 47. cap. 5. num. 47.* Propterea. *Apost. p. ad Cor. cap. 2. num. 1. & 4.* dicit: *Quod toto eo, quo apud eos fuit tempore eis numquam in humani prędicauit sublimitate sermonis, & sapientiæ, immo semper magno cum timore, & tremore steterit, ne eius prędicatio eis fieret in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, ne illorum fides in humana in eis exsuscitaretur sapientia.* Ad quid enim tanto cum timore, & tremore ab humana in prędicationibus suis formidasset, & se abstinuisset sapientia, si illa in veritate, vt multi tenent, fuisset, & esset fundamentum hoc theologicarum extrinsecans cognitionem rerum, cum non à bonis, sed à malis abstineamus, & formidemus, abstinere, & formidare debeamus? cur pręterea. *Ad Colos. c.2. nu.8.* eam ad diuina tradenda inanem, & fallacem declarasset, si re vera à Deo constituta fuisset opportunum illarum tradendarum medium? Apostolus ne forsan hic tantummodo non ex ore Christi locutus est? vel in hoc duntaxat sibi contrarius se præuaricatorem exhibuit? *Apost. 2. ad Cor. c.13. nu.3. Ad Gal. c.1. nu.8.9. 11. & 12. c. 2. nu.18.* (*absit*) quia quæcumq; nobis tradidit, ex ore Dei locutus est, nullibiq; sibi vmquam contrarius fuit, sed, prout decet, diuinum semper pro diuino nobis tradidit verbo, & illud pro tali acciperemus, curauit, illud non erubuit, non adulterauit, sed in simplicitate prædicauit, sanctificauit, & non sibi, sed Deo placere, & gloriam quærere desudauit. *Apost. ad Rom. c.1. nu.16. c.15. nu.15. & 16. P. ad Cor. c.9. nu.16. & 17. c.15. nu.1.2. secunda ad Eosdem c.4. nu.2. Ad Gal. c. 1. à num. 6. a d 13. P. ad Thess. c.2. nu. 4. 5. et 13. secunda ad Eosdem c.2. nu. 13. P. ad Tim. c. 1. num. 8. Mar. c. 8. num. 38. Luc. c. 9. num. 26.* Si ergo *humanam* nostram *Deus reprobauit sapientiam, & ad hoc diuini sui elegit prędicationem verbi. Apost. p. ad Cor. c.1. nu.19.20.& 21. & c.2. nu.19. & 20.* quis non videt, quod non illam, sed suum verbum hoc voluit esse, quod

quæ intus, extrinsecans fundamentum? quod autem hanc habeat facultatem ex textu *Apost. ad. Heb. c.11.num. 3.* manifestè deducitur, dum ibi dicitur: *Quod Deus aptauit sæcula*(illa videlicet æterna, & inuisibilia. *Apost. 2.ad Cor.c. 4.num.18.*) *verbo suo, vt* (eius videlicet medio) *ex inuisibilibus nobis visibilia fierent*: si ergo diuinum verbum à Deo constitutum fuit medium aptum, & opportunum ad inuisibilia eius nobis manifestanda, hanc consequenter qui facultatem, & virtutem à diuino aufert verbo, vt illam philosophię, ipsiq; tribuat Aristoteli, Christo per os Apostoli loquenti contradicit. *Isa. c. 41. nu. 11. c.45. nu. 25.* contradicens confundetur, & erudiri non poterit. *Isa. c.54. num. 17. Ier. c.7. num. 28.* propterea *Bar. c.3. num.23.* asseueranter affirmat, quod exquisitores humanę prudentię, & intelligentię viam diuinę ignorauerunt sapientię, neque commemorati sunt semitas eius, quia aptum reprobantes medium ad huiusmodi assequendum finem, ad illum perueniant impossibile est. *Sap. c. 16. num. 12.* Etsi his ea penitus obstare videantur, quę ab *Apost. ad Rom. c. 1. num. 20.* dicuntur, videlicet. *Quod inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur*, quasi diuina per humanas intelligamus rationes; quia hoc non ita se habere videtur, ideo verum vt textus huius valeamus elicere sensum tria prius necessario noscamus oportet: & primo de quibus personis in eo textu fiat sermo: secundo qualis verè sit textus illius germanus sensus: tertio quodnam ex ibi dictis Apostolus nobis relinquere intendat documentum. Circa primum videtur, quod Apostolus loquatur de his, qui in fide sunt, vt ex antecedentibus, & subsequentibus verbis dicti textus colligi potest, nam *num. 16. dicit: quod virtus Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco*, in quorum personis iustitia Dei dicitur reuelari ex fide in fidem, sicut scriptum est: *Iustus ex fide viuit*, si ergo de iustis loquitur, & iusti non essent, nisi fidem haberent, neque ex fide viuere, nisi in fide essent, quia ex fide iustificamur, & ex fide viuimus. *Apost. ad Rom. c.9. nu. 32. c.10. num.3. Ad Gal. c.3. num.7.8.9.& 11. Ad Eph. c.2. nu.8. Ad Heb. c.10. num. 38. Habac. c.2. num. 4.* Post hęc sermonem suum conuertens ad eos, qui post cognitam veritatem aduersus illam operantur iniquitatem, dicit: *Reuelatur autem ira Dei de cælo super omnem impietatem hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent*, huiusmodi autem veritatem Dei in iniustitia detinere vtique dici non possent, nisi prius illam re vera cognouissent. *Apost. ad Eosdem Rom. c.2. num. 20. 21.22.23. et 24.* sicut è contra eam qui cognoscunt, & operantur iustitiam, veritatem facere dicuntur, & illam inuiolatam in se ipsis conseruare. *Apost. ad Eph. c.4.*

num. 15. Nam veritas, & iustitia secundum Dei, & naturę intentionem sunt, & esse debent in inuicem comites inseparabiles, quia cum veritas recta sit iustitię operandę methodus, & ratio: iustitia verò methodus, & rationis huius operatio, in hoc nobis consequenter cognitio datur veritatis, vt secundum rectam intellectus illius rationem iustitiam operemur, ideo, iustitiam qui operatur, dicitur facere veritatem, & qui veritatem facit, dicitur operari iustitiam, quia in esse formali sunt tamquam potentia, & actus, qui, & quę vnum sunt substantia tantum; qui ideo aduersus cognitam veritatem iniustitiam operatur, dicitur veritatem in iniustitia detinere, & peccat, quia per iniustitiam viam sanctam dicitur blasphemare veritatis. *Prou. cap. 8. num.* 18. 19. 20. *et* 21. *Apost. ad Rom. dd. cap.* 1. *num.* 25. *et cap.* 2. *num.* 20. *et sequentibus vsque ad* 25. *P. ad Tim. cap.* 4. *num.* 1. *et seqq. Et secunda cap.* 3. *num.* 2. *Baruch. cap.* 4. *num.* 4. *cap.* 3. *num.* 12. *et* 13. *Iac. c.* 4. *num.* 17. *Pet.* 2. *c.* 2. *num.* 2. Circa verò germanum dicti textus sensum sub *dicto num.* 20. *dicti c.* 1. *ad Rom.* dicimus: Quod textus ille non dicit: *Quod inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt*, (hoc est per naturales rationes,) *intelligantur*, sed dicit: *Quod inuisibilia Dei intellecta*, (eo videlicet modo, & via, quibus intelligi posse hic, & alibi à Christo per os eius loquente declaratum fuit, hoc est, fide. *Isa. c.* 64. *num.* 4. *Apost. p. ad Cor. c.* 2. *num.* 11. 2. *ad Tim. c.* 2. *num.* 7. *Sap. c.* 9. *num.* 13. *&* 17.) nam tunc *à creatura mundi per ea, quæ facta sunt*) mentis animaduersione posteà) *conspiciuntur*, quemadmodum & *Ad Heb. c.* 11. *num.* 3 eodem loquendi vtitur modo dicens: *fide intelligimus aptata esse sęcula* (illa inuisibilia) *verbo Dei*, vt ex inuisibilibus nobis per illud visibilia fierent, vt sic facta postea re tamquam hisce nostris conspicerentur oculis, vt dicit *ad Eph. c.* 3. *num* 16. *& seq. vsque ad fin. cap.* nequè textus ille alium admittere posse videtur sensum ex ipsamet redditione rationis ibi per *Apost. sub. num.* 19. adductę, quę suum determinat dictum, & verum eius manifestat sensum, dum dicit: *quia, quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim hoc illis manifestauit*: si ergo Dei inuisibilia illa, hominibus quę manifesta sunt, non ex alio eis manifesta sunt, nisi quia Deus ea illis manifestauit, eorum consequenter manifestatio non à physica ratione, non ab alio quoquam, quam ab ipso Deo in nos prouenerit, ac prouenire valuerit, confiteamur, oportet, ne alium, quam Deum, Diuinę datorem ponamus sapientię, vel alium diuinę manifestatorem ponamus veritatis, quam Dei spiritum à Deo in hoc nobis assignatum. *Prou. c.* 2. *num.* 6. *Sap. c.* 7. *num.* 15. *&* 16. *c.* 9. *nu.* 17. *Eccl. c.* 15. *num.* 9. *c.* 24. *num.* 25. 38. *&* 44. *c.* 39. *num.* 8. 10. *&* 11.

Io.

Io. c.14.num.26. c.15.nu.26.c.16. num.13. quia *sicut ea, quæ sunt hominis, creatura nulla homine inferior scire potest, sic ea, quæ sunt Dei, homo nullus* naturaliter *scire potest Apost. p. ad Cor. c.2. num. 11. nisi ergo Deus de altissimis miserit Spiritum Sanctum suum, ea qui nobis manifestet, ea sciamus impossibile est Sap. d. c.9. num.17. Io. d. c.16. num.13. quia ea, quæ Dei sunt, sine Deo sciri non possunt, quoniam ea scire illius est donum Isa. c.64.num.4. Eccl. c. 24. num.25.38.& 44. Psal. 118. nu. 18.34.66. 73.105.125. 130.& 160. Sap. c.7.num.15.& 16.c.8.nu.4.6 & 21. scire præterea Deum, consummata est iustitia: & iustitiam, et virtutem eius scire radix est immortalitatis. Sap.c. 15.nu.3.et Io.c.17.nu.3.* nè ergò Apostolus sibi ipsi inueniatur contrarius, & prædictis omnibus aduersetur scripturis supracitatis, dicamus oportet, quod quandò *d. ad Rom. c. 1. nu. 20.* pręcitatam protulit sententiam re intellexerit: Quod inuisibilia Dei cum virtute Spiritus Sancti per fidem intellecta fuerint, tunc illa re vera poterunt per ea, quę facta sunt, optime speculari, ac conspici, quia vbi Spiritus Dei, ibi libertas, in cuius diuinę virtute libertatis gloriam Dei reuelata facie contemplantes de claritate in claritatem in eamdem transformamur imaginem, non à nobismet ipsis quidem, non Aristotelis ope, neque medio physicę rationis, vel phylosophicę scientię, sed, vt ipse dicit *Apost. 2. ad Cor. c.3.n. 17. et 18.* Tamquam à Domini Spiritu in hoc delati, quia eius virtute luminis de lumine in lumen, de claritate in claritatem abeuntes maiori semper illustramur lumine, hoc tamen lumen, quo talia conspicimus, ac mente speculamur non nostrum, non Aristotelis, non phylosophię, sed Dei est lumen. *Psal.35 nu.10.* Nam, & simili loquendi modo vsus est. *Reg. Propheta Psal.18 nu.2.3.et 4.* dum ait: *Cœli enarrant gloriam Dei: et opera manuum eius annunciant firmamentum: Dies diei eructat uerbum, et nox nocti indicat scientiam*: reddens verò rationem huiusmodi indicationum sic à pręfatis emergentium rebus ait: *Nō sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum: In omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum,* hoc est euāgelizantium diuina verba, per quę inuisibilia Dei ex inuisibilibus nobis visibilia fiunt ex sententia eiusdem *Apost. ad Heb. cap. 11. num. 3.* adeò vt tota vis indicationum huiusmodi non naturalibus rationibus, sed diuinis euangelizatis tribuenda sit verbis, quia diuinorum horum virtus verborum ipsius est Dei virtus in dictis à Deo infusa verbis, quæ est in lucem, & salutem omni credenti, & acceptanti illa, quia, eius qui accipit verba, cum acceptatis verbis illorum accipit virtutem, & efficaciam, illa ideò qui accipit, hunc signauit Deus, quoniā *verax est, & fidelis in omnibus verbis suis,* in quibus suā illis se datu-

rum

rum promisit virtutem. *Apost. ad Rom. d. c.1. nu.16. Mat. c. 8. nu.3. Io. c. 3. nu. 33. Sap. c.6. num.12. & 27.* Documentum verò, quod ex prædictis nobis relinquere voluit, hoc est, vt omnibus viribus nostris curaremus ab operatione non deflectere iustitiæ, quæ ipsius veritatis naturalis est actus, à qua qui deflectit, veritatem in iniustitia detinet, ideò sapientia diuina, in quam nihil, quod coinquinatum sit, incurrere potest, quæ illuminabat eum, derelinquet eum, & tradet illum in manus inimici sui, idest ignorantiæ. *Eccl. c.4. num. 22. c. 6. num. 4.* quia illa cum peccato inhabitet impossibile est, quia sunt sibi exaduerso contraria, & se inuicem tollunt, ideò scriptum est, *quod corripitur à superueniente iniquitate, & non manet in corpore subdito peccatis, quia peccatum est tenebra,* quod lucem hanc comprahendere non potest. *Io. c.3. nu. 19. c.1. nu.5. Sap. c.1. nu.4. & 5. Eccl. c. 33. nu. 15.* præfatæ rursus expositioni ea obstare videntur, quæ scripta inueniuntur *Sap. c.13. à nu.2. ad 10.* ex quibus satis manifestum manere videtur, quod rationum naturalium medio certa de Deo possit haberi notitia, & quod earum medio ad eam qui non peruenirent, apud Deum inexcusabiles extiterint, & re vera pro inexcusabilibus habendi sint, prout & ibi, & alibi manifestè constare videtur ita, vt id apud omnes indubitabile existimetur, & existimandum re vera sit cum ea tamen differentia, qua ipsa est, vt decet veneranda sancta fides, ex cuius manifestatione etiam manifestum apparebit, quod expositio superius allata in ijs terminis, in quibus facta fuit, firma, & rata manere valeat vlla absq; læsione veritatis eorum, quæ traduntur in *d. Sap. c. 13. numeris præcitatis,* nam, si attentè ipsam rei ponderauerimus veritatem, & illius ad actum practicum recta, & apposita fiat applicatio in proprijs, & particularibus vtriusq; applicati casus terminis verus textus vtriusq; apparebit sensus, quod vt facilius assequi valeamus, solidis vtamur fundamentis, necesse erit. Certum est ergo, quod *sine fide impossibile est placere Deo Apost. ad Heb. c.11. nu.6.* Quotiescumq; ideò quis huiusmodi salutari placito fuerit inuentus placuisse Deo, ex antecedenti necessariò is fidem habuerit pro certò habendum est. *Apost. d. c.11. per totum & signanter num. 4.5.7.8. & 39.* fides verò, vt superius dictum fuit, diuini sit auditui credere verbi. *Apost. ad Rom. c.10. num.17. Psal. 17. num.45. Deut. cap. 18. num. 18. 19.* Cum verò in hominis cuiusq; mente à natiuitatis illius exordio à Deo fuerit insitum existentię diuinitatis suę lumen, hoc est Deum re vera esse, iuxta illud *Psal. 4. num. 7. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine,* quo sic in mente nostra signato sicut in corde, & in ore nostro propè semper esse dicitur. *Deut. c. 30. num.14.* Sic ille nostrę existens radix, &

fun-

fundamentum fidei, nostrę etiam dicitur verbum fidei, quod propè semper in corde, & in ore nostro existens neminem, nisi volentem latere potest, quia à lumine, & calore eius nemo est, qui cum veritate se absconditum fuisse, vel esse dicere queat. *Apost. ad Rom. c.* 10. *nu.* 8. *Psal.* 18. *nu.* 7. *Psal.* 35. *num.* 10. *Eccl. c.* 24. *num.* 44. *Io. c.* 1. *num.* 9. vt ab huiusmodi diuini vultus sui lumine sic super nos signato nostra de eius existentia prodiret intellectio, & iudicium *Psal.* 16. *num.* 2. *Iob. c.* 32. *nu.* 8. nam sibi complacuit hoc nobis innotescere modo. *Psal.* 142. *num.* 3. vt vnusquisq; huic diuino in nobis insito verbo, seù lumini acquiescens sibi quoq; à Deo oblatum, si vellet, posset fidei accipere donum; quia *Deus sanabiles fecit nationes orbis terrarum, & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra, quoniam mortem Deus non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, sed vnusquisq; sibi interitũ facit, & à culpa sua procedit perditio sua Psal.* 17. *nu.* 29. *Psal.* 39. *nu.* 5. *Psal.* 90. *nu.* 14. *Psal.* 8. *nu.* 10. *Psal.* 9. *nu.* 16. *Psal.* 33. *nu.* 6. *Sap. c.* 1. *num.* 13. *& seqq. vsq; ad fin. cap. c.* 11. *nu.* 25. *c.* 12. *nu.* 13. *&* 15 *Iob. c.* 34. *nu.* 12. *Ose. c.* 13. *nu.* 9. *Eccl. c.* 24. *num.* 47. *cap.* 33. *num.* 18. *Apost. ad Heb. c.* 3. *num.* 18. *&* 19. *c.* 4. *nu* 2. *secunda ad Tim. c.* 2. *num.* 13. Huic consequenter in nobis insito verbo, seù lumini Deum esse nobis indicanti qui acquieuerit, Deum esse, ipsa dicetur nosse fide. *Apost. ad Rom. c.* 10. *num.* 8. *et* 17. *c.* 15. *nu.* 21. *P. ad Cor. c.* 2. *num.* 11. *Ad Heb. dd. c.* 3. *num.* 18. *&* 19. *c.* 4. *nu.* 2. *c.* 11. *num.* 7. *ferè per totum, & signanter num.* 24. *&* 25 *Deut. c.* 30. *num.* 14. *Isa. c.* 52. *num.* 15. *c.* 64. *num.* 4. Eum verò esse sic fide contemplans, & credens proprijs vt mentis suę actibus hanc suam viuificet fidem, quis iste sit Deus re ipsa exquirat, necesse habet, alias eum non exquirens Dei hæreditaret iram. *Eccl. c.* 39. *num.* 28. *Io. c.* 3. *num.* 36. Eum verò sic, vt suprà, fide ratiocinando exquirens cœli quoq; & terrę Creatorem esse percipiet. *Psal.* 9. *num.* 11. *Psal.* 26. *nu.* 1. *&* 8. *Psal.* 66. *num.* 2. 3. *&* 4. *Ier. c.* 10. *num.* 11. *&* 12. *c.* 51. *num.* 15. *Paral.* 2. *c.* 15. *num.* 2. *Sap. c.* 1. *nu.* 2. *c.* 6. *num.* 13. 14. *&* 15. *Eccl. d. c.* 24. *nu.* 47. *c.* 33. *nu.* 18. *Apost.* 2. *ad Tim. d. c.* 2. *num.* 8. *Iob. c.* 36. *nu.* 11. *&* 12. quia ex propriâ nominis ipsius Dei significatione in mente cuiusq; insiti manifestè patet: *Quod Deus vnus est, æternus, viuens, vniuersorum Dominus, rerum omnium principium, et finis, æterna sapientia, et veritas, ac bonorum omnium summum bonum,* si autem ita, quis non videt, quod iste Deum sic, vt suprà, exquirens, nisi voluntarie errare voluerit, secundum hanc à Domino nobis propositam rerum dispositionem erret, impossibile est? Ideò simplicem si hominem sibi similem quis pro Deo sumere vellet, is, quod erraret, & de errore suo sibi constaret, negare non

posset

posset, quia, si Deum sibi querit, certò scit, quod ipse non est Deus, quia non ea, quæ possidemus, & intrà nos sunt, sed ea tantummodo quę extrà nos sunt, & nondum possidemus, exquirimus, sciens verò quod ipse non est Deus, nec alij sibi pares sint, consequens est, quia à puro homine purus homo specie non differt, ideò Dei incommunicabile sibi vsurpet nomen, impium est. *Sap. c.* 14. *nu.* 21. *Ezech. c.* 28. *à nu.* 6. *ad* 11. Si verò inferiorem humana specie speciem pro Deo sibi sumeret, quo species illa inferior esset, is tantò magis errare sibi notum esset, eoq; rursus errore maiori captum esse constaret, qui ea, quę sensu carent pro Deo haberet, quia insensata prædictis comparata illis sunt deteriora. *Sap. d. c.* 14. *nu.* 21. *c.* 15. *nu.* 15. 16. 17. *et* 18. *Bar. c.* 6. *à nu.* 6. *ferè per totum.* Si verò ea, quę suprà se posita esse conspicit, Cœlum nempè, Solem, Lunam, vel aliquam aliam ex stellis prò Deo sumere vellet similiter & erraret, & de errore suo sibi manifestè constaret, quia, si hęc omnia sunt opera digitorum Dei, qui prius, quam ea formaret, Deus erat. *Psal.* 8. *nu.* 4. *Psal.* 89. *nu.* 2. non ea, quę facta sunt, sed qui fecit ea, Deus sit, consequens est: neq; ex eo excusabiles fierent, si dicerent, quod ad id, eorum speciei decore adducti sunt, quia simul scire debebant, quod ea qui fecit speciosior est illis, speciei enim generator ità constituit illa; si verò dicerent, quod virtutem, & opera eorum admirati sint, intelligere quoq; debebant, quod, ea qui fecit, est fortior illis, à magnitudine enim speciei, & creaturę creator horum facilè contemplari potest. *Sap. d. c.* 13. *nu.* 3. 4. *&* 5. Cognito verò sic, vt supra, Deo pro Cœli, & Terræ Creatore, & Domino nostro, eum consequenter adoremus, reuereamur, amemus, eiq; seruiamus, & obediamus, necesse est, ne huiusmodi cognitam in iniustitia detineamus veritatem, nam in hoc cognoscimus, vt secundum cognitę veritatis operemur intellectum. *Apost. ad Rom. d. c.* 1. *nu.* 21. *Ad Colos. c.* 1. *nu.* 9. *&* 10. 2. *ad Tim. c.* 3. *nu.* 16. *&* 17. *Psal.* 66. *nu.* 2. *&* 3. *Sap. c.* 12. *nu.* 2. *&* 24. *Iob. c.* 36. *nu.* 10. *& seqq.* Propterea *B. Io. c.* 13. *nu.* 17. ait: *si hac scitis, beati eritis si feceritis ea, quia scienti facere bonum & non facienti, peccatum est Iac. c.* 4. *nu.* 17. iuxtà enim cognitæ veritatis talenta a Deo nobis tributa iustitiæ fructus reddamus, oportet. *Mat. c.* 25. *nu.* 14. *& seqq. Luc. c.* 12. *nu.* 47. *&* 48. *c.* 19. *nu.* 13. *c.* 15. *nu.* 16. ne vita nostra super terram inutilis, & otiosa maneat, quoniam eam non nobis, sed Deo, cuius illa est, viuamus, oportet. *Mat. c.* 3. *nu.* 10. *c.* 7. *nu.* 26. *et* 27. *Luc. c.* 3. *nu.* 9. *c.* 6. *nu.* 48. *et* 49. *c.* 13. *nu.* 7. *Apost. ad Rom. c.* 14. *nu.* 7. *et* 8. *Ad Philip. c.* 4. *nu.* 8. *et* 9. 2. *ad Tim. c.* 2. *nu.* 19. His sic concinè dispositis ad pręfati modo accedentes expositionem *capitis* 13. *Sapientię* sic exordientis:

Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia, Dei etc. dicimus, quod textus iste non ex eo ità loquitur, quia non omnibus à Deo fuerit diuini sui subministrata scientia nominis, quia ex prçallegatis sacrarum scripturarum auctoritatibus, & maximè *B. Io. c.1.nu.4. et 9.* manifestissime constat, quod *diuina ista lux est illa, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ*: dicẽs autẽ omnẽ hominẽ: neminẽ excludere manifestũ est, & illa de se verba faciens. *Eccl. c.24. n.44.* ait: *Ego doctrinã quasi ante lucanũ omnibus illumino:* & *Reg. Proph. Psal.35.n.10.* de ea sic loquitur: *Apud te est fons luminis, et in lumine tuo videbimus lumen,* quoniã *omnibus illud accipere volẽtibus benignè cõmunicat. Prou.c.8.n.12.20.et 21. Sap.c.6.n.13.& seqq.* sed ex eo Dei scientiã nò habuerunt, quia sanctissimo huic verbo, seù lumini, cui acquiescere fides est. *Apost. ad Heb. dd. c.3.n.18. et 19. c.4.n.2.* acquiescere noluerunt, indignos ideò çternç dicuntur se iudicasse vitç. *Sap. c.6.n.34. c.16.nu.29. Act. Apost. c.13.nu.46.* propterea in dicto textu *Sap.13.* subiungitur: ideò de his, quç videntur bona, eum, qui est, hoc est Deum *Exod. c.3.nu.14.* intelligere non potuerunt, neq; operibus attendentes agnouerunt, quis esset artifex: sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum Stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & Lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt. Hi ergo quamquam in proprij sui ingenij viribus sæculum hoc çstimassent, quoniam excellentissimi erant phylosophi, eodem. *Sap.c.13.nu.9.* tamen sic, vt suprà ratiocinantes in totis viribus suis numquam, quis esset Deus, scire potuerunt, ex quibus manifestè patet, quod non physica ratio, sed ipsa fides nobis diuinarum extrinsecat cognitionem rerum. *Io. c.17.nu.7. et 8. Apost. ad Eph. c.3.nu.9. 12. 18. et seqq. vsq; ad fin. cap. Eccl. c.4.nu.17. et 21. quia, quæ Dei sunt, sine Deo sciri non possunt. Isa. c.64. num.4. Apost. P. ad Cor. c.2. num. 11. Sap. c.9. nu.17. cum alijs superius allegatis,* ex quibus nobis quoq; manifestum manere dicitur, quod quando *Apost. ad Rom. d. c.1.nu.20.* dixit: *Quod inuisibilia Dei intellecta*: neq; modum, quò illa intellecta fuerint, exprimat, eo vtiq; supponendum est intellecta fuisse modo, quo ea intelligi posse certum est, quia, cum de vno agitur, in cçteris sunt supponendi termini habiles, si ergo, quæ Dei sunt, vt superius dictum fuit, sine Deo, hoc est, sine fide intelligi non possunt, ex antecedenti necessario fide intellecta fuerint, pro certò habendum est: sicut ergo hi, de quibus *Sap. d. c. 13.* fit mentio, scientiam Dei non habuerunt, quia prçfato diuino in eorum mentibus insito non acquieuerunt verbo, seù lumini: hi sic, de quibus loquitur. *Apost. ad Rom. d. c.1.nu.20.* cum scientiam Dei habuerint, quia inuisibilia Dei perceperunt, dicto etiam diuino insito acquieuerint

rint verbo, seù lumini, consequens est, cui acquiescentes fidem habuerint, oportet, quoniam ei acquiescere fides est. *Ezech. c. 2. nu. 10. et 11. et 27. cum alijs superius allegatis*, alias si Apostolus ibi non de intellectu à fide proueniente, sed de simplici cognitione à mentis nostrę proueniente ratiocinio sensisset, non ita constanter, & absolutè dixisset: quod *inuisibilia Dei per ea, quę facta sunt, intellecta, conspiciuntur* memor eorum, quę dixit. *P. ad Cor. d. c. 2. nu.* 11. quia, *quę Dei sunt, non per species apparentes, sed in lumine fidei conspiciuntur Apost. 2. ad Cor. c. 5. nu. 7. Isa. c. 64. nu. 4. Sap. c. 9. nu.* 13. nam, etsi per fidem tam firmam, & indubitatam, intra nos concipiamus certitudinem eorum, in ipsa quę continentur fide, ac si hisce proprijs nostris ea conspiceremus oculis, ea tamen neq; per species apparentes, neq; per rationes nostro subiectibiles intellectui percipimus, sed nostra potius mens ipsi subijcitur diuino verbo firmiter credens eam, quam exprimit, continere veritatem, qui fidei est actus perfectus *Apost. ad Rom. c. 4. nu.* 18. 19. 20. *et* 21. *c. 10. nu.* 17. *secunda ad Cor. c.* 10. *nu.* 5. ideò, etsi ea videre videamur, re tamen ea non videmus, sed quasi per speculum in ęnigmate ea videre dicimur. *Apost. 1. ad Cor. c. 13. nu.* 12. quod ex eo tantò magis confirmatũ manet, quod Apostolus in pręfato *ad Rom. c. 1. nu.* 20. subiungit dicens: *Quod sempiternam quoq; Dei virtutem, & diuinitatẽ intellexerũt, quas intelligere sine fide vtiq; nõ potuissẽt, certissimè patet. Io. c. 17. n. 3. 7. & 8. c. 8. n. 24. & sua p. c. 5. n. 4. & 5. Apost. p. ad Cor. c. 15. n. 57. & d. c. 2. n. 11. & Sap. d. c. 15. n. 3. iuncto Isa. c. 64. n. 4.* Neq; obstat, quod Apostolus ibi dicat: Quod inexcusabiles sint, quia ibi nõ ex eo eos inexcusabiles esse iudicauit, quia Deũ esse ignorauerint, sed quia cũ eum esse cognouissent, vt Deũ, eũ non glorificauerũt, neq; ei gratias egerunt, quod facerent, necesse erat, ne huiusmodi cognitã veritatẽ in iniustitia detinerent, propterea euanescere cœperunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum dicentes, se esse sapientes, & stulti facti sunt, quę enim stultitia potest inueniri maior, quam denudatam conspicere veritatem, & voluntariè sequi mendacium, hoc est cognitam veritatem, quę est preciosior auro, in fęcis iniustitiæ conculcare luto, dum commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis, volucrum, quadrupedum, & serpentum? Nonnè antiqui illi sapientes Græcię Deum cognouerũt vnum ęternum esse Cœli, & terræ creatorem, rectorem, & Dominum: propter hoc tamen quis eorum vnquam illum adorauit, illi vel gratias egit? sed vnusquisq; pro sui sensus impetu, vel Dianam, vel Apollinem, vel Martem, vel alium gentium Deum habuit, adorauit, ac illi gratias egit. Nonnè Cicero, antiquiq;

 tum

tum Ciues, tum Nobiles Romani Græcę sectatores disciplinę Deum pariter esse cognouerunt, nullus tamen, vt illum adoraret, illiue gratias ageret, idolum quodquam abiecit vnquam, immò omnem idolorum cateruam, quæ in vniuerso nominaretur orbe colere, & adorare voluit, & cõsequenter cognitam diuinitatis veritatem in mendacium commutauit, & creaturæ potius, quam creatori seruire voluit, propter quod omnes ferè proscriptionibus profligati interierunt, & Respublica illa sublimis expirauit, & meritò *Sap. c.10.nu.8. Eccl. c.26.nu.27.* nam, vt dictum fuit, nobis datur cognitio veritatis, vt illam operemur, qui verò aliter facit, similis est viro stulto, qui domum suam ædificat super arenam, ideò superueniente inundatione flumina diripient illam, & fiet ruina magna. *Mat. c.7. nu.26. & 27. Luc. c.6. nu. 49. c.13. nu.27. Iac. c.1. nu.22. c.4. n. 17. Eccl. c.21. nu.11. Ier. c.35. nu.17.* ita vt omni rectè animaduertenti ex pręmissis manifestè patere possit, quod *Apostolus d. ad Rom. c.1. num. 20. & seqq.* de huiusmodi loquatur hominum genere, quod ex eo tantò clarius manifestum fit, quod sub præmisso *nu.16.* dixit, videlicet: *Quod virtus Dei est in salutem omni verè credenti, Iudęo primum,* quia Iudæus primus diuino credidit verbo, *deinde Gręco,* quia secundus post Iudęum contemplando eidem credidit verbo *Isa d. c.52. nu.15. Apost. ad Rom. d. c.15. nu.21.* Ideò, sicut illis à Deo facta fuit maior gratia, illa sic qui fuerunt abusi, maior præuaricationis illorum tributa fuit pœna *Apost. Ad eosdem Rom. c.2. nu. 9. Luc. c.12. nu. 47. & 48.* Verum sicut hanc omnes scire potuerunt veritatem, & correspondentem illi iustitiæ exsoluere fructum, nullus omninò excusabitur prætextu vel ignoratæ veritatis, vel non operatæ iustitiæ, nisi in plus, & minus iuxta maioritatem, & minoritatem ingratitudinis. *Luc. d. c.12. nu. 47. & 48. Ose. c. 4. nu.14.* Cum verò Deus iuxtà suæ bonitatis, & liberalitatis superabundãtiam vberius semper nobis veritatis subministret lumen, ad hoc, vt ad luminis huiusmodi rationem correspondentem ei operationis iustitiæ exsoluamus fructum, quoniam in hoc clarificatur Deus, vt plurimum afferamus fructum, & fructus iste maneat *Io. c.15. nu.8. & 16. Luc. d. c. 12. nu.48.* Propterea sicut in lege naturę gentes, quę scriptam legem non habebant, naturaliter ea, quę legis erant faciebant, eiusmodi non habentes legem sibi ipsis fuerunt lex, qui ostendebant opus legis scriptum in cordibus suis testimonium illis reddente conscientia ipsorum inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die, cum Deus iudicabit occulta hominum secundum Euangelium per Iesum Christum: è contra quicumq; sine lege peccauerunt, sine lege etiam perierunt *Apost. ad Rom. c.*

2.nu.

2. *nu.* 14.15.16. *&* 12. Post verò datam legem scriptam quicunq; seruauerunt eam salui facti sunt: Quicunq; verò in lege peccauerunt, per legem iudicati sunt, quia *non auditores, sed factores legis iusti sunt aqud Deũ Leu. c.* 18. *nu.* 5. *Ezech. c.*20. *nu.* 11. 13. *&* 21. *Apost. ad Rom. c.* 10. *nu.* 5. *& d. c.*2.*nu.*12. *&* 13. *Ad Gal. c.*3.*nu.*12. *et* 23. In lege ergo naturæ cum Henoch, & Noè testimonium acceperint à sacris literis se placuisse Deo, etiam fidem habuerint, & iustitiam operati sint, consequens est. *Eccl. c.* 44. *nu.*16. *et* 17. *Sap. c.*4. *nu.* 10. *et* 11. *Apost. ad Heb. c.* 11. *nu.*5. *et* 7. sic et cæteri, qui in eadem lege fuerunt, facere potuissent, & debuissent, manifestum est, & qui non fecerunt pœnas sustinebunt. *Gen. c.*6. *nn.*5. 11. *et* 12. *Pet.* 2. *c.*2. *nu.* 5. *c.*3. *nu.*6. *Apost. ad Rom. d. c.*2. *nu.* 12. In lege sic scripta Samuelem, Eliam, & alios huiusmodi Deo placuisse inuenimus, fidem consequenter habuisse, & iustitiam operatos fuisse scimus, ità, qui sub eadem lege fuerunt, facere potuissent, & debuissent, & qui non fecerunt, pœnas patientur. *Eccl. c.*46. *nu.* 16. *c.*48. *nu.* 1. *et* 13. *Apost. ad Heb. d. c.*11. *nu.* 32. *et* 33. *Ad Rom. d. c.*2. *nu.* 12. 23. *et* 24. sic, & tantò magis nos Christiani, ad quos plenitudo gratię peruenit, fidem, & Baptismum, receperimus, consequens est, & opera iustitiæ operemur, necesse est. *Mat. c.*3. *nu.*10. *et* 11. *c.*21. *nu.*31. *et* 43. *c.*28. *nu.*19. *et* 20. *Mar. c.*16. *nu.*16. *Luc. c.*3. *nu.*8. *et* 9. *c.*13. *nn.*2.3.4.5. *et* 27. *Io. c.*1. *nu.*16. *et* 17. *c.*3. *nu.*5. *et sua* 1. *c.*2. *nu.*3. *et* 4. *c.*3. *nu.*7. *Iac. c.*1. *nu.*22. *Apost. ad Rom. d. c.*2. *nu.*13. nam, si cui plus donatum fuerit, ab eo plus repetent. *Luc. c.*12. *nu.*47. *et* 48. à nobis quoq; vberiores iustitiæ exigentur fructus, quia nobis abundantior gratiarum copia impartita fuit. *Apost. ad Rom. c.*8. *n.*32. *c.*12. *n.*1. 2. *c.*13. *n.*13. *et* 14. *P. ad Cor. c.*6. *n.*19. *et* 20. *Iac. d. c.*4. *n.*17. si verò aliter fecerimus ex Apostoli sentẽtia acrior in nos fiet animaduersio: Quia si terra veniẽtem super se bibens imbrem germinat herbas opportunas illis, à quibus colitur: accipit benedictionẽ à Domino: proferens verò spinas, & tribulos reproba est, & maledicto proxima, cuius cõsũmatio in cõbustionẽ: nã si irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur: quantò magis putamus deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti polutum duxerit, in quò sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit: *voluntarie enim peccantibus post acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccato hostia, melius enim erat illis non cognouisse viam veritatis, quam post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo, quod illis est traditum, sancto mandato Apost. ad Heb. c.*6 *nu.* 7. *&* 8. *c.* 10 *nu.*28. 29. *&* 26. *Pet.* 2. *c.*2. *nu.* 21. His sic, quæ obstare videbantur, remotis obiectionibus, ea quoq; quæ supe-

superius solidata fuerant, suam obtineant firmitatem, consequens est, idque tantò magis, quia ex ijs, quę ventilata fuerunt in superiori tractatione de diuini virtute, efficacia, & necessitate verbi manifestè patet, Quod D. N. Iesus Christus nobis à Patre datus fuit in theologicarum harum rerum datorem, lucem, ducem, & pręceptorem, quas suo sancto nobis tradidit, & manifestauit euangelico verbo, quod est illa eadem, dequa est sermo, theologica doctrina, quę & Patris est doctrina *Io. c. 7. nu. 16.* & hæc Patris, & Filij doctrina pariter est doctrina Spiritus Sancti *Io. c. 16. nu. 13.* quia, quod dixit, & dicit Pater, dixit, & dicit filius, quod dixit, & dicit filius, dixit, & dicit pariter & Spiritus Sanctus, quia diuinę eæ operationes, quæ ab extra sunt, à tota procedunt Triade. *Io. c. 5. 19. 30. & 38. c. 6. nu. 29. 40. 44. & 45. c. 8. nu. 16. 18. 26. 28. & 29. c. 12. nu. 49. & 50. c. 14. nu. 6. 10. 11. 16. 20. & 26. c. 15. nu. 26. c. 16. nu. 13. 14. & 15. c. 17. nu. 10. Prou. c. 8. nu. 30.* horum verò trium, sicut vna est diuinitas, sic & ipsorum vnum est testimonium ab omnibus credendum, cui, vt fidem assequamur, credamus, oportet, quia *fides diuino est credere verbo Io. p. c. 4. nu. 7. Apost. ad Rom. c. 10. nu. 17. Ad Heb. c. 3. nu. 18. & 19. c. 4. nu. 2. sine qua Deo placeamus, impossibile est Apost. ad Heb. d. c. 11. nu. 6. Io. c. 3. nu. 32. et 33.* Si ergo Euangelicum hoc verbum, ex quo theologica resultat doctrina, non est secundum hominem, sed secundum Deum, non ab homine inuentum, neque acceptum, sed à Deo per reuelationem D. N. Iesu Christi, illius qui fuit auctor, & promulgator. *Deut. d. c. 18. nu 18. et 19. Mat. c. 13. nu. 35. Mar. c. 16. nu. 15. et 16. Apost. ad Gal. c. 1. nu. 11. et 12. Isa. c. 41. nu. 27.* Idque adeò est immutabile, vt si quis actu illud immutare auderet, anethema esset, *Apost. ad Gal. c. 1. nu. 6. 7. 8. et 9.* sic dicente: *Miror, quod sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud Euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, et volunt conuertere Euangelium Christi. Sed licet nos, aut Angelus de Cęlo euangelizet vobis, pręterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prędiximus, & nunc iterum dico: si quis vobis euangelizauerit, preter id, quod accepistis, anathema sit, & B. Ioannes sua secunda Electę nu. 9. & 10.* ait. *Omnes, qui in doctrina Christi non permanent, Deum non habent: Si quis ergo ad vos venit, & hanc doctrinam non affert, nolite eum in domum recipere, nec AVE ei dixeritis, qui enim dicit illi AVE, communicat operibus eius malignis:* quia Euangelicum hoc verbum, seu doctrina Christi ad instar est depositi à manu Dei accepti, quod inuiolabiliter non solum à depositarijs conseruetur, sed & his, quibus reddi iussum fuerit, in indiuiduo, ac in nomine Domini, cuius est, reddatur, oportet,

tet, & illud qui accipiunt, similiter in nomine Domini, & tanquam illius proprium accipiant, necesse est, neque vllus illud tradendo erubescat, adulteret, vel confundat oportet. *Apost. ad Rom. c.1. nu.16. P. ad Cor. c.9.nu.16.& 17. c.15.nu.1.& 2.secunda ad Eosdem c.2.nu.17. c.4.nu.2. P. ad Thess. c.1.nu.8. c.2.nu.13. & secunda ad Eosdem c.2. nu.14. P. ad Timoth. c.1.nu.3. c.6.nu.3.& 20.secunda ad Eumdem c.1. nu.8.13. & 14.c.2. nu.9.12.14.& 15. c.3. nu.14. 16.& 17. Mar.c.8.nu. 38. Luc. c. 9. nu.26.* tutaque est non errandi via, & mendacia effugiendi, quia irrefragabilis est veritas, ab eo proueniens, qui semper verax est, & mentiatur impossibile est, & cui, vt viuamus, acquiescamus oportet. *Mat. c.22. nu. 29. Mar. c.12.nu.24. Num. c.23.nu.19. Psal. 144. nu.13.& 21. Io. c.8. nu. 46.c.17.nu 17.et sua P. c.2. nu.21. Apost. ad Tit. c.1.nu.2. Ad Heb. c.3. nu. 18 et 19. c.4. nu.2. c.6. nu.18.c.12.nu.25.* Ex quibus satis liquidè patere videtur in manifestissimo eos errore detineri, qui asserunt, quod Aristoteles methaphysicam nobis tradendo theologicam nobis tradiderit scientiam, & quod phylosophia ab eo inuenta, & tradita sit fundamentum thologicarum nobis extrinsecans cognitionem rerum, quia & notum est, & nemo vmquam negauit, vel negat, quod phylosophia sit secundum hominem, & ab homine inuenta, & tradita, quia & humana fuit semper ab omnibus habita, & appellata sapientia, cuius si auctorem faciunt Aristotelem, consequenter etiam ab homine fuerit tradita, & inuenta, oportet, non solumque ab homine, sed ab homine ethnico, tale verò esse, theologicę omninò non conuenit sapientię, quia illa est secundum Deum, & à Deo tradita, & accepta, nec talem decet habeat illa magistrum, quoniam eumdem fidei spiritum illam qui docet, habeat, oportet. *Apost. ad Gal. dicto cap. 1. num. 11.et 12. secunda ad Cor. cap. 4. num. 13. Psal. 115. num. 10.* neque etiam est id, quod dicunt fundamentum, quia non hanc, sed diuinum suum elegit verbum, à quo neque ad dexteram, neque ad sinistram declinemus oportet. *Isa. c. 30. nu.20. & 21. Apost. 1. ad Cor. d. c.1. nu.19. 20. & 21. c.2.nu.4.c.3.nu.19. Ad Colos. c.2. nu. 8. secunda Ad Tim. c.2. nu. 15.16.17. & 18. Iac. c.3. nu. 14. 15. 16. & 17. Eccl. c. 3. nu. 11. c.8. nu. 17.* & certè si Aristoteles ipse adhuc viueret, & de tehologica esset informatus veritate interrogatus, an ita se haberent, æquo vtiq; animo, & sincero arbitramur confiteretur ore, quod ea, quæ nobis scripta reliquit ad theologica tradenda non solum nō proficua re vera essēt, sed & quædā eis exaduerso contraria, & destructiua, nam si asseruit, quod mundus esset æternus, & consequenter increatus, nemo etiam negaret, quod huiusmodi assertio aduersaretur his,

quę

quæ catholica veritate nobis tradidit *S. Athanasius in suo fidei symb. vers. 11. & 12. Vnum tantum* videlicet *esse æternum, & increatum Deum*, dum Aristoteles in æternitate, atq; in ipso esse increato mundum Deo æqualem faciens duos consequenter posuerit æternos, & increatos, per quam assertionem similiter dicitur negasse primum Apostolici symb. articulum nos docentem, Deum creatorem fuisse, & esse Cœli, & terræ: nec non vnico hoc verbo omnia, quæ Deus opere sex dierum *Gen. c. 1.* perfecerat, destruxisse, & finem deniq; mundi, mortuorum resurrectionem, & iudicium finale penitus de medio abstulisse. Cumq; tandem *fides* iuxtà *Apostoli* doctrinam *Ad Heb. c. 11. nu. 1. sperandarum sit substantia rerum*, Aristoteles negando animę immortalitatem omnem quoq; sperandarum à nobis auferens substãtiam rerum fidem, simul & spem, & charitatem, per quam fides operatur, erasisse dicitur. *Apost. ad Rom. c. 8. nu. 24. & 25. Ad Gal. c. 5. nu. 5. & 6. Ad Colos. c. 1. nu. 23. Ad Heb. c. 3. nu. 14. c. 10. nu. 23. P. ad Cor. c. 15. nu. 13. 14. & 15. secunda ad Eosdem c. 5. nu. 10. Sap. c. 2. nu. 3. Iud. sua vnica nu. 19. Mat. c. 24. nu. 35. Mar. c. 13. nu. 31.* si ergo philosophia ab eo, qui eam ad perfectiorem redegit methodum, nobis tradita huiusmodi est, quod nam potest lumen nobis pręstare ad theologica capessenda? optimam quidem, & catholicam expectamus responsionem, quod videlicet, ab eo non mutuant dogmata fidei, sed sciendi methodum, verum, si ista sciendi methodus, qua ille vsus est ad hoc eum perduxit magistrum, cur non alios in errorem inducere poterit, si de eo nos monet D. N. Iesus Christus per os *Apost. ad Colos. c. 2. nu. 8. secunda ad Cor. c. 13. nu. 3.* si ergo scimus, atq; confitemur, quod Christus nobis à Deo Patre datus fuit pro prædictarum theologicarum rerum duce, luce, via, & magistro, & quod ille est verus fons luminis, qui quasi antelucanum illud omnibus illuminat, & quod quicumq; lumen vident, in suo illud vident lumine, quia lux est illa vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum, quem qui sequitur non in tenebris est, sed in lumine, & cuius quidem, non autem alienorum audiamus vocem, necesse habemus, vt salui simus. *Io. c. 1. nu. 9. et 45. c. 4. nu. 25. c. 8. nu. 12. c. 10. nu. 4. et 5. et 27. c. 12. nu. 35. 36. et 48. c. 17. nu. 7. 8. et 17. et 22. c. 20. nu. 31. Isa. c. 30. nu. 20. et 21. c. 41. nu. 27. c. 42. nu. 6. 7. et 16. c. 49. nu. 6. Psal. 35. nu. 10. Psal. 31. nu. 8. Sap. c. 8. nu. 4. et 6. Eccl. c. 1. nu. 5. 25. et 31. c. 4. nu. 17. et 21. c. 24. num. 25. 38. et 44. Mat. cap. 13. num. 35. Apost. ad Eph. cap. 4. num. 17 et seqq. vsq; ad fin. cap. secunda ad Tim. c. 2. nu. 7.* si ergo lumen intelligentiæ nostræ a Christo illius verò fonte in nos prouenit, ab alio illud qui quærit, quantum in se est, alium Christum illius fontem ponere dicitur:

etsi

etsi Christus D. N. Spiritum Sanctum suum, & verborum sanctorum suorum interpretem, ac omnis diuinæ manifestatorem veritatis nobis perpetuò reliquit. *Io. c. 14. nu. 16. 17. et 26. c. 15. nu. 26. c. 16. nu. 13. et sua prima c. 2. nu. 20. et* 21. qui huiusmodi quærit interpretationem, & manifestationem ab alio, quam ab hoc spiritu Dei, vel ab eius virtute, quantum in se est, alium, quam quem recepit, tentat recipere spiritum, quia omnes catholica confitemur, & confiteamur, oportet, veritate, quod diuinarum rerum scientia, & intellectus sunt dona Spiritus Sancti, sicut nos semper sancta docuit, & docet Ecclesia. *Isa. c. 64. nu. 4. Apost. 1. ad Cor. c. 2. nu. 11. Sap. c. 9. nu. 17. cum alijs superius allegatis.* Etsi *Deus tandem humanam hanc reprobauit sapientiam, et sui elegit prædicationem verbi, vt saluos faceret credentes. Apost. p. ad Cor. c. 1. nu. 20. et 21. c. 3. nu. 19. Deut. d. c. 18. nu. 18. et 19. Mich. c. 5. nu. 14. cum alijs alleg.* qui humanā hanc à Deo reprobatam ad hoc elegerit sapientiam, & diuinum hoc à Deo electum prꝑterierit verbum, quod Sanctum est Christi Euangelium. *Mar. c. 16. nu. 15. et 16. Act. Apost. c. 3. nu. 22. et 23. c. 4. nu. 19. et 20. c. 13. nu.* 42. quantum in se est, aliud tentat ponere Euangelium *Apost. p. ad Cor. c. 15. nu. 1. et 2. Ad Gal. c. 1. nu. 6. 7. 8. 9. 11. et 12. Ier. c. 7. nu. 27. c. 8. nu. 8. et 9. c. 23. nu. 28. et 29. Ezech. c. 3. nu. 17. et 27.* propterea *Apost. 2. ad Cor. cap. 11. num.* 4. prędicta tria acriter reprehendit, & detestatur, vt ibi videri potest. Cumq; prętereа nostræ perfectio fidei in ipsa consistat subiectione intellectus nostri verbo Dei illud vlla sine hęsitatione credentes illam, quam nobis refert, infallibiliter continere veritatem. *Apost. 2. ad Cor. c. 10. nu. 5. Deut. c. 18. n. 18. et 19. c. 6. n. 29. et 36. cū alijs superius alleg.* cui quāto promptiori, ac submissiori illum subiectione subiugamus, fidentiusque acquiescimus, tanto etiam perfectior, ac excellentior nostra euadit fides, propterea, quia Centurio se promptum, & paratum exhibuit soli, simplici, ac nudo diuino credere verbo vllo absq; alio adminiculo, vel concomitantia notę demonstratiuę ab humano vel facto, vel physica prouenientis ratione suum valentis inducere animum ad ita credendum dicēs: *Ego enim* quamquam *sim homo sub potestate aliorum constitutus, sub me tamen habens milites, si dico huic vade: vadit: alij veni: venit: seruo meo fac hoc, & facit:* cur & simplici tuo non credam verbo, si eius prolatio est opus perfectum, eo quia actum in se habet operantem rem eam, ad quam tù mittis illud, quoniam diuinæ tuæ portat imperium voluntatis, quæ, iuxtà suum semper operatur beneplacitum *Esd. 4. c. 5. n. 38. Psal. 32. n. 6. & 9. Isa. c. 55. n. 11. Sap. c. 18. nu. 15. & 16. Apost. ad Eph. c. 1. nu. 9. & 11.* magna eius a Deo fuit habita fides Maxima verò, ac suis omnibus numeris absolutè

 per-

perfecta illa Abrahę, quia non solum simplici, ac nudo eius diuino verbo suum absolutè subiecit intellectum illud firmiter, ac vlla sine hęsitatione credens esse verum, licet in eo contenta probabili nulla fulcirentur, vel ad minicularentur ratione, vt fecit Centurio, sed etiam, quia non fuit infirmatus fide, quamquam promissa illa in verbo contenta cõsueto essent ordini contraria naturæ, ac expressè physicis ijs aduersantia rationibus, à quibus noster naturaliter flectitur, regitur, ac gubernatur intellectus plenissimè sciens, quod Deus potens erat facere, quod ea, quę non erant, essent, & ea, quæ priuatione erant deleta, ad habitum restituerentur, quia eius sunt exitus mortis, & ei nihil est impossibile, & quod dixit, verum sit necesse sit, quia *mentiri non potest. Apost. ad Rom. c. 4. nu. 17. P. ad Cor. c. 1. nu. 18. c. 15. nu. 13. & seqq. vsq; ad 19. Esth. c. 14. nu. 11. Psal. 67. nu. 21. Mat. c. 19. nu. 26. Mar. c. 10. nu. 27. Luc. c. 18. num. 27. Num. c. 23. nu. 19.* quamquam ergo Abraham certò sciret, quod ex corpore suo, & Sarę vxoris suæ vtero emortuis naturaliter filios generarent, ac ex Isaac filio suo sacrificato innumerabile oriretur semen, impossibile esset, non tamen infirmatus fuit fide sciens, quod *Deus est semper verax in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, & quod etiã ex lapidibus sibi poßet innumerabile exsuscitare semen Gen. c. 15. nu. 5. & 6. c. 18. nu. 11. c. 22. nu. 2. Apost. ad Rom. d. c. 4. nu. 17. & seqq. vsq; ad 22. Luc. c. 1. nu. 27. Mat. c. 3. num. 9. Psal. 144. nu. 13. & 21.* ex his autem deduci potest, quod quanto magis noster intellectus ipsi diuino subijcitur verbo in illius obsequium fidei, tanto magis nostra crescit, perficitur, ac excellentior euadit fides, & nostra tanto magis dicitur crescere, & crescit verè intellectus subiectio erga diuinum verbum, quanto magis intellectus noster suam propriam reprimit, & abnegat naturalem libertatem, & virtutem operandi, vt submissius se veritati diuini subijciat verbi, intellectus verò nostri virtus ipsa est ratio, qua sibi propositam naturaliter indagat, & capessit veritatem, dum pro libito suo eius medio ab omni nugationis sorde eam cribrat, cribratam, & denudatam intrà sua percipit viscera, sicut ergo quantò promptius, & expeditius intellectus noster à physicis ijs se explicuerit atque abstraxerit rationibus, à quibus arbitretur diuinum posse verbum vel probationem, vel oppugationem recipere, vt indè pœnitus omni reiecta, & amota hęsitatione, & mora se, vt decet, illi fidentius subijciat, nostra, vt pręmissum est, tantò perfectior, & excellentior euadit fides: sic ex huic exaduerso conuerso progrediendi modo nostra tanto magis infirmetur, & decrescat fides, consequens est, donec intellectus suspensa, vel excussa subiectione prædicta, & diuini re-

tar-

tardata, vel prætermissa acceptione verbi, illius in quæstionem ponat veritatem propria illam præsumens posse capessere virtute, hoc est physicis rationibus, per quas quęsitas veritates naturaliter suæ subijcit intellectioni, nam sic agens circa huiusmodi incipiet euanescere physicas rationes, quarum quidem medio in humanis semper proficiet doctrinis, ad diuiuæ tamen numquam perueniet scientiam veritatis, quia ad eam peruenire contendens medijs à Deo non modo non præordinatis, sed ab eo reprobatis, ad eam perueniat impossibile est: si ergo *ad hoc humanam Deus reprobauit sapientiam, & sui elegit prædicationem verbi*, qui per contrarium diuino posthabito verbo ad hoc à Deo electo, & humanam à Deo reprobatam ad hoc elegerit sapientiam ad diuinæ scientiam perueniat veritatis, impossibile erit, quia inepto, & à Deo reprobato vtitur medio *Apost.* 1. *ad Cor. dd. c.* 1. *nu.* 19. 20. *&* 21. *c.* 2. *nu.* 3. 4. *&* 11. *c.* 3. *num.* 19. *secunda ad Tim. c.* 3. *nu.* 7. *c.* 4. *nu.* 3. *Isa. c.* 64. *nu.* 4. *Ier. c.* 7. *nu.* 28. *c.* 8. *num.* 8. *&* 9. *c.* 23. *num.* 22. 28. *&* 29. *Sap. c.* 9. *nu.* 17. *c.* 16. *nu.* 11. *et* 12. *Act. Apost. c.* 11. *nu.* 14. *et* 15. cui maximò Deus vt occurreret inconuenienti inter altissima alia arcana mysteria, quę in sanctissimo latent Eucharistię Sacramento, hoc vnum est, quod sic illud instituit Deus, vt physica nulla omninò constaret, probariue posset ratione, nulliq; pœnitus esset alligatum, vel subiectum ordini, vel pręcepto naturæ, sed à solo Dei penderet verbo ad hoc, vt cuiq; illud credenti suum necesse haberet penitus verbo diuino subijcere intellectũ, vt nos sacrosancta Mater Ecclesia adhortans canit, dicens: *Quod non capis, quod non vides animosa firmat fides præter rerum ordinem, &c.* ad hoc vt nostra omnibus numeris absoluta perficeretur fides, & exæquaretur fidei Abrahę, vt & nobis, sicut & illi reputaretur ad iustitiam, in cuius mercedem nobis datur Christus, qui nostra est ęterna vita, in qua continetur omnium bonorum cumulus, nam, si in hoc Sacramento nobis se ipsum donat, cur se ipsum donans non omnia etiam nobis bona donasse dicendus erit, si *in ipso bona sunt omnia? Apost ad Rom. c.* 8. *nu.* 32. *P. ad Colos. c.* 1. *nu.* 16. *et* 17. *c.* 3. *nu.* 11. *P. ad Cor. c.* 8. *nu.* 6. *Io. c.* 1. *nu.* 4. *c.* 14. *nu.* 6. *et sua p. c.* 5. *nu.* 11. *et* 12. si ergo diuinæ bonitati tot, tantisq; sacrarum scripturarum commonitionibus, ac tam ineffabilis testimonio Sacramenti placuit notam nobis facere methodum, & viam nostrę perficiendę fidei, vt vberiores ex ea Maiestati suę redderemus fructus, quis non videt, quod, si ea perficere neglexerimus, grauius adeò peccemus? *Io. c.* 15. *nu.* 16. *Luc. c.* 12. *nu.* 47. *Iac. c.* 4. *nu.* 17. à recta verò si illius perficiendæ recesserimus via, & per illius dissoluendę semitas vagari dilexerimus nonnè periculum amantes in illo perire po-

terimus? *Eccl.c.3.nu.27.c.5.nu.11.c.7.nu.2.c.13.nu.* 1. Nonne omnes ferè, qui à diuini veritate verbi declinantes in hæresis se proiecerunt incendium ad id physica aliqua adducti fuerunt ratione,quam sibi pro sui statuerunt erroris fundamento parum curantes,quid dixerit Deus,quasi nostrę exsuscitatio fidei nõ ad diuinũ ad hoc electũ à Deo verbũ,sed ad humanam ab eo ad hoc reprobatam esset referenda sapientiam. *Apost. ad Rom.c.10.nu.17. Ad Heb.c.3.nu.15.18. et 19.c.4.nu.2.P. ad Cor.c.1. nu.19.20. et 21.c.2.nu.4. et 5.c.3.nu.19. Io. c.6.nu.45. Deut. c.18.nu.18. et 19. cum alijs superius allegatis*, quam veritatem satis manifestam euasuram esse existimamus ex vnius tantum exempli enarratione, Zuuinglij videlicet à diuini veritate verbi discedentis, & in hæresim se voluntariè proijcientis, quem de se hęc retulisse dicunt, quod dum attente legeret, & contemplaret verba consecrationis sanctissimi Eucharistici Sacramenti audiuerit vocem sibi dicentem: Quod verba dictę consecrationis sanctissimum significabant Christi corpus:ad quorum expositionem cum theologica debuisset accedere methodo, & doctrina, qua catholica docemur veritate: Quod diuina verba id, quod significant, in esse ponunt, quoniam illa significati ipsorum sunt opus perfectum, ideò in esse quin prodeat, fieri non potest, quia Deus mentiatur, impossibile est.*Gen. c.1. ferè per totum Psal.32.nu.6. & 9. Psal. 148.nu.5. Eccl.c.43.nu.28. Esd. 4. c.6.nu.38. Num.c.20.nu.8.c.23.nu.19. Isa.c.55.nu.11. Io.c.17. nu.7. Apost. ad Heb. c.6.nu.*18. Ipse verò diuinam hanc reprobans sapientiam, & eligens esse sapiens in oculis suis, & prudens sibimet ipsi vnam ex philosophicis arripiẽs propositionibus, quę in eius exitium vel fortuito eius occurrit menti, vel ei suggessit Satan, quę se habet; Quod significantia nihil in esse ponunt,cuius medio impium,quod approbauit, & prędicauit, statuit hæreticum dogma,& ab Ecclesiasticę constructionis ędificio cecidit, & facta est illius ruina magna. *Isa.c.5.nu.21. Prou. c.3.nu.7. Apost. ad Rom. c.12.nu.16. Eccl.c.16.nu.29. Act. Apost.c.20.nu.30.* ex quibus proprijs contrectamus manibus, quam periculosum sit etiam tantillum à diuino recedere verbo,quoniam nauticus pixis est nauigationis nostrę,& quam male tutum sit in humana nostra confidere sapientia, per quam in maxima possumus incidere errata, vt plurimi fecerunt. *Mat. c.22.nu.29. Mar. cap.12.num.24. Luc.cap.11.num.35. Act. Apost. d. c.20.num.30. Apost. p. ad Cor.d.cap.1.num. 19. 20. & 21. cap.2.num.4. & 5. cap. 3.num 19. Ad Colos. c. 2 nu 8. fascinatio enim nugationis obscurat bona Sap.c.4. nu.* 12. Nam sicut proprij partus parentum fascinant mentes, propria sic sapientia per scrutantis quandoque peruertit mentem: proprię enim sapientiæ

pientię pręſumptio petra eſt ſcandali, in qua facilè offendit quiſque. In eam offendit Lucifer, & pars Angelorum natura in ſtatu tunc gratię, ac in ſublimiori creaturarum ſtatu conſtituta ęternam contraxit maculam, & illius beati regni manſiones in ęternum euacuauit. *Iſa.c.* 14.*nu.* 12.*et* 13. *Ezech.c.*28.*nu.*14.*et ſeq.vſq;ad* 20.*Apoc.c.*12.*nu.*3.4.7.8.9.10.*et Io. c.*8.*nu.* 44. In eam primi parẽtes noſtri offenderũt, & humana natura in ſtatu gratię, & inocẽtię à Deo creata per huiuſmodi offenſionẽ maculã originalẽ contraxit, & Paradiſum voluptatis euacuauit. *Gen.c.*3.*nu.*5.*et* 24. *Eccl.c.*18. *nu.*10.*et* 11.*c.*35.*nu.*23.*et* 24. In eam tandẽ offẽdet Antichriſtus cum ſectatoribus ſuis *Iſa.c.*10.*nu.* 13. ſic dicens: *In ſapiẽtia mea intellexi, in potẽtia mea feci*: *et Daniel c.*8.*nu.*23. *de eo loquens ait*: *Poſt Regum Græcorum illorum Regnum, cum creuerit iniquitas conſurget Rex impudens facie, et intelligens propoſitiones* (non theologicas quidem, quia illę tamquã à ſenſu germano diuini verbi, & à diuina prouenientes virtute verę, bonę & ſanctę eſſent,) ſed humanę ſapiẽtię, per quas in diuinis facilè ab eo decipi poſſemus, quod vt facilius facere valeat diuina à Deo electa reprobans verba, & humanam à Deo reprobatam eligẽs ſapientiã vniuerſum ferè corrumpet orbem. *Dan. c.*7.*nu.*11.*&* 25. *Apoc.c.*13.*nu.*5. nam illius probè improbè noſcẽs propoſitiones ex earũ illationibus tot in mẽtes hominũ inijciet mẽdacia, vt etiã, ſi fieri poſſet, in errorem ſit inducturus electos Dei, & tandem in terram proſternet veritatem. *Dan. d. c.*8.*nu.*23.11.*&* 12. *c.*9. *nu.*36. *Apoc.c.*13. *nu.*5.*&* 6. *Pet.*2.*c.*3.*nu.*4.5.6.7.13.*&* 15.*& ſeqq. Iud. ſua vnica nu.* 10. *Io. ſua* 2. *nu.*10. *Mat.c.*24.*nu.*23.*&* 24. non mirum propterèa, ſi, vt dicit *Iſa. c.*24.*nu.*19. *Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra ſicut ebrius, & auferetur quaſi tabernaculum vnius noctis*: *& grauabit eam iniquitas ſua, & corruet, & non adijciet, vt reſurgat*: huius autem cauſam reddens pręcipitij *ſub.nu.*5. *eiuſdem cap.* ait: *Quia tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, & diſſipauerunt fœdus ſempiternum*, iſtud autem fœdus diuini eſt nobis dati conſeruatio verbi, & Spiritus Sancti in nobis infuſi, vt horũ medio diuinorum ſemper nobis nota maneret veritas, ſine quibus illam conſeruemus, impoſſibile eſt. *Iſa. c.*59.*nu.*21.*c.*43.*nu.*5.*c.*44.*nu.*3. *Deut.c.*18.*nu.* 18.*&* 19. *Zach. c.*11.*nu.*10.*&* 11. *Apoſt. p. ad Cor.c.*3.*nu.*16. *c.*6. *nu.*17. *&* 19.*c.*15. *nu.* 1.*&* 2. *ſecunda ad Eoſdem c.*11.*nu.*4. *Ad Gal.c.*1. *nu.*8.9.11.*&* 12. *Ad Rom. c.*8.*nu.*9. *Io. c.*14.*nu.*26.*c.*15.*nu.*7.*et* 26.*c.*16.*nu.*13.*et ſua p.c.*2.*nu.*20. *et* 27. *Pſal.* 50. *nu.*13. Duobus his conſequenter de medio ſublatis ad diuinam capeſſendam, retinendamque veritatem neceſſarijs medijs, tamquam partibus ſolidum hoc integrantibus fœdus, illo etiam ſic diſſipa-

to,

to, ac deficiente illam vel cognoſcamus, vel retineamus impoſſibile erit, non quia nobis denegetur, ſed noſtra culpa. *Sap. c.* 1. *nu.* 4. *et* 5. *Eccl. c.* 4. *nu.* 22. *c.* 6. *nu.* 4. *Iſa. c.* 50. *nu.* 1. non cognoſcentes autem, vel non retinentes erremus, errantes tandem in ſtultitiam vertamur, conſequens eſt. *Mat. c.* 22. *nu.* 29. *Mar. c.* 3. *nu.* 5. *c.* 12. *nu.* 24. *Luc. c.* 6. *nu.* 11. *Prou. c.* 1. *nu.* 22. *Iſa. c.* 24. *nu.* 6. In ſpiritu propterea Dei *Apoſt.* pręuidens, quod iſte humanę ſapientię vſus ita inualeſcere deberet, vt in abuſum verteretur, quo delinitę audientium aures deſerturę eſſent auditum diuini verbi Timotheo *ſua ſecunda ad Eumdem c.* 3. *nu.* 2. *et* 3. ſic ait: *Inſtanter prædica verbum quia veniet tempus, quo ſanam doctrinam*, hoc eſt diuinum verbum audire *non ſuſtinebunt & ad deſideria ſua ſibi coacervabunt magiſtros prurientes auribus, & à veritate auditum auertent Apoſt. p. ad Eundem Tim. c.* 1. *nu.* 11. *c.* 5. *nu.* 21. *c.* 6. *nu.* 3 *ſecunda ad Eumdem c.* 1. *nu.* 10. 13. *&* 14. *Io. c.* 17. *nu.* 17. *& ſua p. c.* 2. *nu.* 24. *Mar. c.* 16. *nu.* 15. *et* 16. in cuius pœnam culpę ſic nobis comminatur Deus *Amoſ c.* 8. *nu.* 11. dicens: *Et mittam famem in terram non famem panis, nequè ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini,* quoniam verbum Domini verè eſt panis ille, ex quo animę noſtrę enutriuntur, conſeruantur, & viuunt. *Deut. c.* 8. *nu.* 3. *Mat. et Luc. c.* 4. *nu.* 4. vt ex eo intelligeremus, quod ſicut materiali hoc cibo ſublato noſtrum hoc ſenſibile corpus pereat conſequens eſt, ſic, hoc diuini verbi ſublato cibo animę noſtrę tabeſcant, & interitui ſuo propè ſint, ipſa demonſtrat, ratio, & diuini auctoritas verbi. *Sap. c.* 16. *nu.* 10. 11. *et* 12. *Prou. c.* 4. *num.* 20. 21. *et* 22. *c.* 7. *nu* 24. *c.* 8. *nu.* 35 *c.* 9. *nu.* 6. *Io. c.* 6. *nu.* 45. *et* 64. *Ier. c.* 21. *nu.* 8. *et* 9. *c.* 23. *nu.* 22. De huiuſmodi propterea hominum generibus à diuino recedentibus verbo pro humana ſapientia *Reg. Proph.* verba faciens *Pſal.* 81. *nu.* 5. ait: *Hi neſcierunt, nequè intellexerunt Apoſt. p. ad Tim. c.* 6. *nu.* 3. *et* 4. *Dan. c.* 12. *nu.* 10. (quia hi etſi ſemper in humanis proficiant literis, ad ſcientiam tamen diuinę veritatis non perueniunt, quia ſanis D.N.Ieſu Chriſti nolētes acquieſcere ſermonibus. *Apoſt.* 2. *ad. Tim. c.* 3. *nu.* 7. *et P. ad Eumdem d. c.* 6. *nu.* 3. *et* 4.) *in tenebris ambulabunt*, per eoſque in ijs ſic ambulātes omnia mouebuntur fundamenta terrę, quia illorum culpa pręfatum diuinum diſſipatur fœdus *Iſa. c.* 59. *nu.* 21. quo diſſipato inſanient, inſani facti audacter peccabunt, hoc autem inſanię, & peccandi ſemine per vniuerſam terram ſparſo, terra tunc ebria iniquitate pedibus iam conſiſtere non valens cadat, & elidatur, conſequens eſt. *Iſa. d. c.* 24. *nu.* 6. 19. *et* 20. *Ier. c.* 51. *nu.* 17. *Pſal.* 10. *nu.* 4. *Pſal.* 91. *nu.* 8. ſi ergo ex hoc prauo ſemine tot, tantaque, & maxima ſunt oritura mala, cur ea, quę iam orta ſunt, vereri non poterimus, quod ab hoc ſemine re fuerint orta, licet à nobis non

ani-

animaduertantur, & videantur mala? cur pręptereà via hęc non potest esse illa, de quà fit mentio *Prou. cap.* 14. *num.* 12. *c.* 16. *num.* 25. quæ *hominibus iusta, & recta videtur, nouissima autem illius deducunt ad mortem*? Nonne Moyses, & Aron iusti fuerunt? *Exod. cap.* 23. *num.* 32. *Eccl. c.* 45. *num.* 1. *& seqq. vsque ad* 26. *Apost. cap.* 3. *num.* 2. Nonne quando opere compleuerunt mandatum Domini de aqua de petra educenda *Num. c.* 20. *nu.* 8. rectè agere putarunt, & per rectam gradiri viam? equidem, sed vtriusq; illorum mors fuit: pręcepit enim illis Deus, vt in verbo suo dicerent petrę, vt sibi redderet aquas: ipsi verò pro eo, vt in verbo Domini dicerent petrę: *Petra audi verbum Domini: Dominus Deus dicit, vt nobis reddas aquas*: Ad populum conuersi eis dixerunt: *Audite rebelles, & increduli, num de petra hac vobis poterimu eijcere aquas, & bis virga petram percusserunt, & efluxerunt aquæ*: propter quam rem à Domino incredulitatis reprehensi fuerunt, non ex eo quidē, quia eius voci, & verbo credere recusassent, sed quia virtutem, qua ipsę erant educęndę, & re ipsa efluxerunt aquę, ipsi virgę, qua percusserunt petram, tribuentes diuino eam detraxisse dicuntur verbo, cui firmiter credere ipsa est fides, pro qua noxa ambo ingressu terrę promissionis priuati fuerunt, & iubente Domino mortui sunt, quamquam virtus, quam virgę tribuerant, in ipsum redundaret Deum illius datorem in signum potestatis sibi ipsis tributæ. *Psal.* 104. *nu.* 27. *&* 34. *Num. c.* 20. *nu.* 8. 10. 12. 24. 27. *& seqq. vsq; ad fin. cap. c.* 33. *nu.* 38. *Deut. c.* 32. *nu.* 50. *&* 51. cur noxa maior non erit, virtutem diuini verbi, afflatusq; Spiritus Sancti humanę tribuere sapientiæ, postquam eam reprobauit, & diuinum suum elegit verbum, etsi Zacharias vir sanctissimus quia rationem à Deo petijt, vnde scire posset, quomodo cum esset senex, prolem habere posset, incredulus habitus est, & mutus euasit *Luc. c.* 1. *nu.* 18. 19. *&* 20. cur noxa maior non erit rationem huiusmodi non à Deo, sed ab homine exquirere? Etsi Hebręi, qui primi à Deo in fidem vocati fuerunt, quia de singulis credendis signa petebant. *Io. c.* 6. *nu.* 3. à fide tandem eos sua auertit arrogantia, quia per huiusmodi signorū postulationē ipse tētatur Deus, quē qui tentant, ad eum accessum non habent, eum nec inuenire possunt: *Isa. c.* 7. *nu.* 12. *Ier. c.* 7. *nu.* 12. *&* 13. *Sap. c.* 1. *nu.* 2. *Mat. c.* 16. *nu.* 1. *Apost. ad Eph. c.* 4. *nu.* 12. *Eccl. c.* 4. *nu.* 17. *Prou. c.* 16. *nu.* 5. *Malach. c.* 3. *nu.* 15. Gręci sic, qui credendorum omnium rationes, & causas exquirere priores fuerunt, quas exquirere humana sapientia nostrum stimulat intellectum, quot plagas receperint eorum referunt historię, & deperdita regna, nonne quando rationes. & causas exquirimus hæsitationes exsuscitamus, in

dubium

dubiumq; credenda reuocamus? *Exod. c.17. nu.7. Psal. 72. num.11. Psal. 77. nu.19. 20, et 22. Isa. c.7. nu.9. Eccl. c.18. nu.10. c.35. nu.24. c.37. nu. 3. Io. c.20. nu.25. et 27. post. p. ad Cor. c.1. nu.19. 20. et 21. c.2. nu.4. 5. c. 3. nu* 19. Verbum enim Dei nulli est omninò subiectum humanæ scientiæ, vel rationi, sed liberum, exemptum, & independens à tota creata natura, ideò reuerenter, atq; discretè semper tractandum ab omnibus illud annunciantibus, & audientibus, quia *omnipotens est, et diuina potestate plenum, viuens, ac penetrabilius omni gladio ancipiti pertingens vsq; ad diuisionem animæ, actus, et forma rerum Apost. ad Tim. c.2. nu.9. et 15. Reg. 4. c.4. nu.44. c.6. nu.19. et.20. c.9. nu.36. et 37. Isa. c.55. nu.11. Psal. 32. nu. 6. et 9. Psal. 148. num.5. et 6. Esd. 4. c.6. nu.* 38. Et tandem proprijs miserabiliter cõtrectamus manibus, quod ab huiusmodi physicarum de theologicis rebus rationum indagationis abusu tot in mũdum iam emerserint hæreses, quot antiquitus eadem de causa philosophorum scatuerunt sectę, quæ constantiam, & augmenta sumunt, quia non studio veritatis inueniendæ, sed zelo propriæ tutandę opinionis laborat eorũ quisq; vnde, quæso, etiam tanta probabilium opinionum congeries, vt consciẽtiæ, quasi per mare magnum natantes, quo portum petant, omninò ignorant? legamus ergo facta eorum, qui ad Christum verum lumen conuersi sunt, & inueniemus, quod motus, & effectus conuersionis illorum à diuini processit auditu verbi, quod in spiritu contemplans *Reg. Proph. Psal.* 118. *nu.66. &* 105. ait: *scientiam doce me, quia verbis tuis credidi*, quia *verbum tuum lucerna est pedibus meis, & lumen semitis meis*, & clarè cognoscemus, quod à fide diuinorum in nos prouenit scientia. *Apost. ad Heb. c 11. nu.3. Io. c.17. nu.7. &* 8. *& alijs superius allegatis*. Ad nostram ergo vtilitatem *humanam Deus reprobauit sapientiam*, cuius abusus exorbitans vsus ad impietatem quoq; proficit, sermo enim eius, vt cancer, semper ex transuerso serpit, vt diuinam, si non prosternat, saltem effugiat veritatem *Apost. 1. ad Cor. c. 1. nu.19. 20. & 21. c.2. nu.4. & 5. c.3. nu.19. secunda ad Tim. c.2. nu.16. & 17. Act. Apost. c.6. nu.9. & 10. Iac. c.3. nu.14. & 16. Eccles. c.6. nu.11. c.7. nu. 30. c.3. nu.11. c.8. nu.17. Isa. c.28. nu.10. et 13. et diuinum suum elegit verbum, vt saluos faceret credentes*, quod annunciare qui debent, sub comminatione mortis inexcusabiliter iucurrendæ pro diuino, & quod. & quale à Domino acceperunt, tradant oportet. *Num. c.22. num.18. c.23. nu. 12. c.24. nu.13. Apost. 1. ad Cor. c.9. nu. 17. et 18. c.15. nu. 15. 16. et 36. secunda ad Eosdem c.2. nu.17. c.4. nu. 2. c.11. nu. 4. d Gal. c. 1. num. 6. 7. 8. 9. 11. et 12. Ad Eph. c.2. nu.20. Ad Philip. c.4. nu.8. et 9. P. ad Thess. c. 1. nu.6. 7. et 8. c.2. nu. 4. 5. et 13. secunda ad*

Eosdem

Eosdem c.2.nu.14.secunda Ad Tim. c.2.nu.17.c.3.nu.14.15.et 16.Act.Apost. c.4.nu.19.et.20. c.20.num.24. Ier. c.1.nu.9. c.23. num.22. Ezech. c.2.nu. 7.et 8. c.3. num.10.17.18.19. et 27.c.33. nu.7.et 8. & quod omnes omninò sub eadem comminatione mortis inexcusabiliter incurrendę audiant, necesse est *Deut. c.18. num.18. et 19. Isa. c.41. nu.11. c.54. nu.13. et 17. c. 66. num.4. Ier. c.7. num. 13.24. et 26. Mich. c.5. nu.14. Psal. 77. num.1.2. et 3. Mat. c.13. nu.35. Mar. c.16. num.16. Io. c.5. num.43. et 44. c.6. nu.45. c.8. nu.24. et 47. c.12. nu.48.49. et 50. Apost. ad Rom. c.10. nu.17. Ad Heb. c.3. nu.18. et 19. c.4. num.2. c.12. num.25. Sap. c.6. num.12. et 27. c.16. nu. 11.12. et 26.* Si ergo hęc est via nobis à Domino ad salutem præscripta, & demandata, à cuius semitis neque ad dexteram, neque ad sinistram declinare debemus *Isa. c.30. num.21. d. c.54. num.13. et 17. c.41. num.11. c.7. nu.9. c.8. num.20.21. et 22. Io. d. c.6. num.45. c.5. num.38. 43. et 44. c. 8. num.43. et 47. c.12. nu.48. et 50.* ab hac autem sic à Deo electa si non modo declinauerimus, sed etiam ab eo reprobatam elegerimus. *Apost. 1. ad Cor. c.1. num.19.20. et 21. c.2. num.4. et 5. c.3. num.19. Ad Colos. c.2. nu.8. P. ad Tim. c.6. num.3. et 4. Reg. 1. c.15. num.23.* quid propter hoc nobis fecerit, vel facturus sit Deus, ipse solus nouit, mala tamen, quæ passi sumus, & adhuc patimur, hinc rationabiliter nobis euenisse vereri possumus, quæ autem, qualia, & quanta vix dici posset, sed lacrymis potius, quã voce esse exprimẽda putamus, diuinã humiliter deprecantes Maiestatem, ne spirituali verbi sancti sui cibo nos priuet, ne animæ nostrę fame, & siti pereant. *Deut. c.8. nu.3. Mat. et Luc. c.4. nu.4. Amos c.8. num. 11. et seqq. Isa. c.5. num.13. Sap. c.11. num.17.*

Vidit D. Iuuentius Tortus Cler. Reg. S. Pauli Pœnitentiarius pro Eminentiss. & Reuerendiss. D.D. Hieronymo Boncompagno Bononiæ Archiepiscopo, & Principe.

EX speciali mandato Reuerendiss. P. Inquisitoris Bononiæ quæstionem hanc septimam Perillustris D. Dominici Tuschi accuratè perlegi, nihil, in quod fidelis mens impingeret, deprehendes, quinimmò plusquam humano lumine singula iradiata; atque adeò opus typis dignum censeo.

F. Honorius ab Assumptione Carmelita Discalceatus Philosophiæ Lector.

Stante suprascripta attestatione

Imprimatur.

Fr. Paulus Hieronymus Giaconus de Garexio Sac. Theol. Mag. Ord. Præd. Vicarius Generalis S. Officij Bononiæ.



BONONIÆ, M.DC.LXV.

Typis H.H. Dominici de Barberijs, Sub Signo Rosarum. Superiorum permissu.

DE NONNVLIS ALIIS Animaduersionibus præmissorum occasione emergentibus, & primo de obedientiali potentia. Cap. I.



N præsenti capite etsi absolutè visuri simus obedientialem impugnare potentiam, non propter hoc tamē siuè summo Dei imperio, quod in omnes suas habet creaturas, siuè correspondenti illi summæ deuictæ subiectioni, qua omnes, & singulæ eius creaturæ suo subiacent, & obediunt: subiacere, & obedire tenentur, ac dignoscuntur imperio, in quoquam, vel minimò detrahere intendimus, sed eos tantumodò reprobare errores, qui ex indistincta huiusmodi obedientialis potentiæ acceptione oriri videntur, atq; in humanas nostras inijci mentes, & synceram eorum conturbare conscientiam. Nam qui theologica, vt supra, philosophiæ arbitrati sunt esse indaganda, & capessenda medio asserunt, seū asserere arbitrantur: Quod si opus aliquod aliquo creaturæ suæ intercedente actu voluerit perficere Deus, tūc si actus ille non rectus, ac proprius fuerit potentiæ creaturæ illius, ex antecedenti necessariò oporteat, quod Deus creaturæ illi prius obedientialem infundat potentiam, cuius medio creatura illa apta reddatur ad huiusmodi actum emittendum, quam eius diuinum ad actum perueniat opus: exempli gratia: Humana voce per os emittenda asinæ volens Deus erudire Balaam, quod in cōspectu suo eius esset peruersum iter, atq; voluntati suæ contrarium: hoc vt perficeret, ex antecedenti oportuerit necessariò, quod asinæ illi, per cuius os humana erat emmittenda vox, illius emmittendæ obedientialem prius infuderit potentiam, quam huiusmodi à Deo perficiendum opus destinatū suum actu sortiretur effectum, eo quod videatur impossibile, quod actus ab alia, qnam à sua naturali, & propria procedat potentia. *Iac. c. 3. num.* 12. *Mat. c. 7. num.* 16. 17. & 18. *c.* 12. *num.* 33. *Luc. c. 6. num.* 44. Apposita quidem, & rationalis secundum philosophica dogmata ista videtur esse conclusio, quia, quemadmodum res omnes, rerum sic omniū actus à potentia, & secundum potentiam sint, necesse est, licet quæ, & qualis illa sit, plerumq; lateat, quia plurima præter consuetum na-

 turæ

turæ ordinem. & suprà, ipsam sunt nobis à Deo ostensa naturam, quorum cum in diuina mente lateat ratio à nobis nullo quoq; possunt sciri modo, nisi diuina ipsa intercesserit reuelatio. *Eccls. c. 11. num. 5. c. 8. nu. 17. Sap. c. 19. nu. 18. & seqq. vsq; ad fin. cap. Eccl. c. 18. nu. 6. c. 44. nu. 36.* secundum tamen orthodoxas sacrosanctæ Ecclesiætraditiones non ità indistinctè, vt iacet, accipienda esse videtur, quia ipsi Deo necessitas imponeretur, quod vnum prius facere deberet, quam alterum ipso posset perficere actu, per quæ ipsa omnipotentia ab omnipotenti sua auferetur potentia, & Deum ipsi subditum redderent necessitati, quomodo enim omnipotens dici posset ille, qui id, quod agere prætendit, perficere vt valeat, alia quædam necessariò præmittere debeat, quam quod perficere intendit, & vult, absoluere queat, miserrimæq; huic sucumbat necessitati, quorum vtrumq; vel alterutrum qui constanter affirmaret, in errore detineri ignorare non posset. Respondebit forsan quis dicens: Quod asina illa diuinam humano non potuisset sermone Balaam domino suo exponere mentem, neq; cum eo discursiuos, & ratiocinatos habere sermones, quos cum eo, *Num. c. 22. nu. 28. 29. & 30.* habuisse legimus nisi ab obedientiali ista ad hoc mota fuisset potentia, quam cum propropria non habuerit natura à Deo illi infusa fuerit, ipsa postulat ratio: Quod aliqua quidem ad hoc concita fuerit potentia vtiq; negari non potest, nec debet, quia illa à se ipsa, per se hoc facere non poterat, quod autem ab hac re vera potentia quam obedientialem appellant, tamquam à potentia, vt ex antedictis supponi videtur, illi à Deo infusa ad eos emittendos necessaria sermones, quos ab illius ore effluxisse legimus, tamquam præfactæ infusę processiuos actus potentiæ, & absolutè negandum fore censemus ratione non solum, sed & ipsa fide, quia aut volunt, quod hæc potentia sua esset apta natura ad illos proferendos sermones, quos proprio protulisse ore legimus: aut non: si dicant, quod sua eos non esset apta producere natura, hanc etiam frustra in eam infuderit Deus: fateantur oportet, quod maximum esset inconueniens, quia Deus nihil frustra facit, ad quid enim, vt loqueretur hanc in eam infudisset potentiam, si illa nullam in se haberet loquendi facultatem, quam non habens alteri traderet, impossibile esset? ad determinatos enim emittendos actus potentiam statuere, quæ vel numquam posset, vel ipsa non apta esset eos emittere natura, non hominis esse philosophi ipsi asserunt philosophi, eo quod super inani impossibile sit philosophari fundamento. *Eccl. c. 22. nu. 21.*

*nu.*21. *Isa. c.*44.*nu.*19. & 20. multòq; minus theologi est viri, qui impossibile esse dicunt, quod frustra quidquam fecerit Deus, eo quod frustrata actio ab ipsa proueniat imprudentia, quam Deo ascribere velle peccatum esset. *Deut. c.* 32.*nu.*47. *Sap. c.*14.*nu.*5.*c.*17.*nu.* 2. *Isa. c.*45.*nu.*18. & 19. *Ezech. c.* 14.*nu.*23. si verò rectè, appositèq; loquendi, & ratiocinandi aptam dixerint à Deo in asina illa infusam fuisse potentiam, eorum vtiq; tunc benè curreret consequentia, quod videlicet, asina illa virtute sibi infusæ locuta fuisset potentiæ, quia ab huiusmodi potentia iste naturaliter procederet rectè loquendi, & ratiocinandi actus, verumtamen propter hoc non cessarent difficultates, nam tunc aut volunt, quod huiusmodi potentia, quæ spiritualis substantiæ est naturalis potentia, in sua spirituali naturaliter insita substantia in asina illa infusa fuerit, aut extra illam: primo modo cum eius spiritualis substantia ipsa sit anima rationalis, cum anima quoq; rationali dicta potentia in asina illa infusa fuerit, consequens esse diceretur. Secundo modo, cum corpus asininum sit substantia improportionabilis potentiæ rationalis ei non adhæsisset, postulat ratio, & si hoc impossibile admittendū fore cōtenderent, hęc adhuc remaneret dificultas, quia dictum asininum corpus ad loquendum cum sit omninò ineptum, atq; inhabile eius etiam medio dicta in eo locuta fuisset potentia, impossibile fuisset, verum cum ista rectè loquendi, & ratiocinandi potentia, vt dictum est, sit rationalis animæ propria, & naturalis potentia, quæ à præfata non reperitur, nec datur separata anima, asina consequenter hanc à Deo sibi infusam recipiens potentiam animam quoq; recepisset rationalem, consequēs esset, quoniam eiusdem est animæ rationalis natiua facultas, quæ ab ea auferri non potest, & si ab ea auferetur, quæ erat, amplius non esset anima rationalis, propterea vbicumq; alicuius est potentiæ naturalis actus, ibi etiam substantiam speciei illius, cuius est ille naturalis actus adesse necessariò deducimus, & manifestè cognoscimus, quia potentia speciei vnius non potest actus producere speciei alterius *Mat. c.*7.*num.* 17. & 18.*c.* 12.*nu.*33. *Luc. c.*6. *nu.*43. & 44. *Iac. c.*3.*num.*12.

Verùm si hoc pro costanti supponere voluerimus ex multis infradicendis inconuenientibus vnum sequeretur, necesse esset, vel quod Deus post elocutionem asinæ rationalem in ea infusam animam continuò extinxerit, & ad nihilum redegerit, quod impium esset dicere, quia Deus animam rationalem natura inexterminabilem fecit, quod autem fecit Deus non infirmat, neq; corrumpit, vel delet opera sua,

sed diligit omnia, quę fecit, & maximæ animas rationales *Sap. c. 2. nu. 23. c. 11. nu. 25. & 27. Eccl. c. 47. nu. 24.* si autem ad nihilum eam non redegisse dixerimus, extribus his vnum sequeretur oporteret, vel quod post mortem asinæ anima, quæ in ea erat, in hominem migrauerit, vel ad paradisi gaudia, vel ad æternas inferni pœnas ierit: ex primo damnata illa antiquorũ insurgeret philosophorum opinio de animarum transmigratione de corpore ad corpus: ex secundo quod non intuitu, & merito redemptionis à D. N. Iesu Christo pronobis expositæ illa saluari posset, quia non pro asino, sed pro homine exposita fuit, & quod sine fide, quam illam habuisse ibi non legimus, Deo placere potuisset: ex tertio verò, quod sine demerito ad pœnas inferni damnata fuisset, quia non ab asino, sed ab homine originale descendit peccatum, actualeq; nullum ab ea factum fuisse legimus, sine quo nullam torquendam fore animam dicamus, oportet, quia alienum est à natura Dei eum condemnare, qui puniri non debet, nec puniri debeat ille, qui peccatum non fecerit. *Apost. ad Rom. c. 5. num. 12. 18. & 19. c. 6. nu. 12. secunda. ad Cor. c. 5. nu. 15. Ad Gal. c. 3. nu. 7. 8. 22. & 24. Ad Eph. c. 2. nu. 8. & 10. c. 3. nu. 12. Ad Heb. c. 2. num. 9. Apoc. c. 5. nu. 3. & 10. c. 13. nu. 8. c. 20. nu. 15. Iob. c. 34. nu. 12. Sap. c. 12. num. 15. c. 21. nu. 27.* etsi post vniuersale iudicium quęlibet anima cum corpore, in quo vixerit, si bona egerit in cœlum, si mala in infernum itura sit, quis in alterutram ex istis æternitatibus cum asinino corpore, in quo illa vixit, emigrasse affirmare audebit? neq; obstat, si dixerint, quod asina illa non intellexerit id, quod in textu illo illam locutam fuisse legimus, quasi ex eo necessariò exclusum mãserit, quod animam rationalem non habuerit, eo quod anima rationalis natura sua intellectiua sit, quia etsi fateamur, & fatendum esse asseramus, quod asina, quod dixit, non intellexerit, non tamen ex eo necessariò sequeretur, quod animam rationalem non habuisset, quia homines multi fuerunt, & sunt, qui quod dixerunt, & dicunt, non intellexerunt, nec intelligunt, ex eo tamẽ si qui deducere velent, quod animam rationalem non habuissent, vel non haberent, falsissimum esset *Apost. p. ad Tim. c. 1. nu. 7. Mat. c. 16. nu. 11. Mar. c. 8. nu. 22. c. 9. nu. 5.* immò cum ipsi sic, vt suprà, affirment, quod Deus in asinam illam infuderit potentiam, non ineptam dicant ad loquendum ea, quę ibi locuta fuisse leguntur, alias inutiliter, vt supra, & frustra infusa fuisset, cum sine apta ad loquendum, loqui verè non possit potentia, si aptam dixerint eodem dicuntur negare ore, quod affirmant, quia

si in

ſi in aſinam illam infuſionem admittunt potentię ad rectè loquendum & diſcurendum aptæ, iſtaq; ad id apta potentia ipſa ſit ratiocinatrix facultas, quæ eſt animæ rationalis indiuiſibilis pars, quia facultas, ſeu virtus eius eſt in indiuidua pars ſubſtantiæ, cuius illa dicitur facultas, ſeu virtus, in eſſeq; formali vnum cum ea eſt ſubſtantia tantū, vna earum conſequenter poſita altera adſit, neceſſe eſt, quia ab inuicem natura, vt dictum fuit, inſeparabiles ſunt, cum verò ab actu cognoſcamus, quæ, & qualis ipſa ſit in ſubiecto agente potentia, eo quia non, niſi à propriâ, & naturali queat actus procedere potentia. *Mat. c.7. nu.* 16. *&* 18. *Luc. c.6. nu.* 43. *&* 44. *Iac. c.* 3. *nu.* 11. *&* 12. conſequenter etiam inſitæ ſi in ſe virtute potentiæ diſerte loquentem, & ratiocinantem audierimus, in eo raticionatricem ineſſe facultatem, & virtutem, rectè pronunciabimus, quæ facultas, & virtus animæ cum ſit rationalis indiuiſibilis pars, in ipſo etiam ſic loquente, & ratiocinante animam ineſſe rationalem neceſſariò deducemus, quia, vt diximus, altera ſine altera in eſſe formali eſſe non poſſit, cum in eo vnum ſint ſubſtantia tantum; quod ſi rurſus replicantes dixerint, quod ipſi non affirmarunt, neque affirmant; quod in aſinam illam infuderit Deus ratiocinatricem facultatem, ſed ipſam duntaxat obedientialem potentiam, ideſt ſimplicem ipſi obtemperandi Deo potentiam: inſtantiæ huic reſpondentes dicimus, quod cum ipſa obtemperandi poteſtas ſit facultas, id factomet exequendi, quod ſibi exequi iuſſum eſt. *Mat. cap.* 21. *num.* 28. 29. 30. *&* 31. ſicut etiam vt facto quis exequatur, quod exequi debet, formalem id exequendi facultatem habeat, oportet, ſic illud qui facto formaliter executus eſt, formalem id exequendi facultatem habuerit, neceſſe eſt: ſi ergo aſina Balaam cum ſuo loquens domino ratiocinata eſt, ex antecedenti etiam neceſſariò ratiocinandi facultatem habuerit conſequens eſt, alias non executa fuiſſet, exequi nec potuiſſet, quod ſibi à Deo iuſſum fuiſſet, quia in idem ſemper reincidimus, vt potentia, qua aliquid opere compleri debet, ad id adimplendum ſit apta, alias illius virtute, & medio nunquam compleri poſſet. Reliquum eſt ergo, vt videamus, num aſinæ ſermo fuerit diſcurſiuus, & rationalis in ſe ipſo, nec ne. Aſina igitur à Balaam Domino ſuo acriter verberata, qua de cauſa ſe verberaſſet, ſciſcitans ait: Quid feci tibi, vt tertiò me verberares? cui reſpondens Balaam dixit: Quia hoc commeruiſti, vtinam haberē gladium, & te percuterem, cuius fatuitatem quodamodo admirans, & deridens ait: Nonne animal

tuum

tuum sum? quasi diceret, si pretium æstimationis meæ me occidendo inaniter iactaueris, alio si iumento egeris, nonne illius pretium aliundè compares, necesse habebis? dehinc ad irationalem verborum suorum occasionem rediens, ait: dic quæso, si tibi vnquam quid simile fecerim? quasi diceret, si scis, quod ita numquam fecerim, vtiq; existimare debes, quod etiam nunc non sic fecissem, nisi aliqua ratione, vel vrgenti causa compulsa fuissem, quia nihil sine causa fit. *Iob. c.5.nu.6.* causam autem, cur illac ipsa ire recusasset, cum domino suo ostendere non posset, quia oculis illius velata erat, necesse fuit, vt Deus Balaam aperiret oculos, quibus apertis vidit Angelum stantem in via euaginato gladio, vt eum occideret, nisi asina ipsi resistenti locum dedisset. Quis ergo audebit affirmare, quod asinę sermones isti non fuerint discursiui, & ratiocinati? quos si virtute in se infusæ potentiæ absoluit, vt superius dictum fuit, quis negabit potentiam illam fuisse rationalem? quæ cum, vt suprà, separari nequiuerit ab anima rationali à Deo homini infusa viderentur affirmare quod asina illa, vel homo fuerit, vel homo asina, neq; ista ex eo remoueretur dificultas, si dicerent, quod ista obedentialis potentia ibi sumenda non esset pro huiusmodi forma ad discurendum sua apta nata natura, idest pro illa ratiocinatrici facultate animæ nostræ rationali inseparabiliter inhærente, sed pro vi quadam habilem, seu aptam reddente materiam, hoc est asinam illam ad huiusmodi in se exsuscitatos emittendos sermones, eo quod actus loquendi non, nisi in materia, seu subiecto habili excitari valeat, quia dato, & non concesso, quod ipso sic supponitur facto, videlicet, quod asina illa virtute huius obedientialis potentiæ in materiam, seu subiectum fuisset euecta habile ad huismodi proferendos sermones, hoc est in humanum conuersa corpus, eo quod præter illud, alia nulla per se habilis ad loquendum possit esse materia, seu subiectum, adhuc tamen sermones illos per se emittere non potuisset, quia illi non à materia quantumuis habili, sed ab ipsa procedunt forma aptę infusa materiæ hoc est humano corpori, quia materia est per se passiua, asina ergo illa, etsi habilis materia sic, vt suprà, facta, hoc est in humanum euecta, seu translata corpus, ad hoc tamen, vt illos potuisset emittere sermones, necesse etiam fuisset, vt & horum emittendorum in se infusam habuisset formam, quâ in se recepta illa non amplius asina, sed homo, vel homo sub figura asinæ: reliquum est ergo, vt confiteamur, quod ista obedientialis potentia sic exempli gratia, nobis sub figura asinæ loquentis rapræsentata in

quo

quocumq; esset sumenda modo purus sit terminus ad nostræ mentis exprimendos conceptus inuentus. Si verò dixerint, quod Deus ad huiusmodi discursiuos emittendos sermones asina illa tamquam puro instrumento horum emittendorum, velut organo fuerit vsus, id vtiq; non negandum fore censemus, quod verò subiungitur, quod videlicet, si huiusmodi instrumentum ineptum, seu inhabile ad ea, quæ proponuntur illius medio esse perficienda, quod tunc virtute dictæ obedientialis potentiæ prius aptum, seu habile reddatur, quam id, quod perficiendum est, suum sortiatur effectum, necesse sit, idequidem est, quod re vera non admittendam fore existimamus, nam id affirmantes non ipsum quidem instrumentum, vt putamus, sed diuinā ineptitudine damnaremus sapientiam,& omnipotentiā, quasi non nouerit, vel valuerit Deus ab ore asinæ tamquam ex instrumento sermonem educere, nisi illud ad loquendum per se aptum reddiderit prius, eum similem facientes Fabro Ferrario, qui serram sine aptis effingat limis impossibile est, de Deo ideò sic male sentiremus, quia, vt dictum fuit, huiusmodi ineptitudinem non ipsimet instrumento, sed ipsi Deo virtualiter ascriberemus. Hoc ne forsan inter admirabilia computaretur facta, quod homo, qui suapte natura loqui aptus est, locutus fuisset? non certè, sic nec quod asina illa iam habilis facta loqui, locuta fuisset: mirabile forsan esse dicent, quod asina illa natura inepta loqui, apta ad id reddita fuisset dictę virtute obedientialis potentiæ: si ergo ex inepto ad loquendum virtute præfatæ obedientialis potentiæ aptum potest facere Deus, cur ex merè inepto non poterit educere sermonem, si etiam facere potest, quod lapides ipsi loquantur, & sic cessabunt præfatæ dificultates? *Esd. 4. c. 5. nu. 5. Luc. c. 19. nu. 40. c. 3, nu. 9. Mat. c. 3. nu. 9.* per plura enim frustra fieri dicuntur, quæ per pauciora fieri possunt: fingere enim quod Deus per circuitum quædam facere queat, quæ ex directo, & immediatè facere potest, quædam necessitas impossita ei videtur in ipsa absoluta operandi ratione, quæ non bene sonat, si enim suo omnipotenti potest facere verbo, quod asina illa vlla sine circuitione repręsentatorum operum immediatè loquatur, cur per inuolucre infusionis obedientialis potentiæ prius apta loqui reddatur, quam re loquatur, necessariò requiretur? quod enim illa sic locuta fuerit non naturalis fuit asinę virtus, quia ea carebat: non infusa, quia non necessaria, sed diuini fuit efficacia, & virtus verbi, quia omnis est actus, & forma rei, vt sæpius dictum fuit, quamnam enim efficaciam, seu potentiam

tentiam ad resurgendum in vitam recipere capacia sunt ossa defunctorum si a priuatione ad habitum nullus in natura datur regressus? scimus tamen quod alia ad vitam restituta, alia restitutura sint, si diceremus id factum fuisse, vel facturum fore in vim obedientialis potentiæ, diuini certè negaremus virtutem, & efficaciam verbi, in qua resurrexerunt, & resurgent, & auctoritatem scripturarum sacrarum, quę de hoc nobis testimonium perhibent. *Ezech. c.37. à nu.4. ad 13. Io. c.5. nu. 25. c.11. num. 43. & 44. Eccl. c. 12. nu. 4.* etsi ipsi asserunt philosophi, quod nullæ sunt, esse ve possunt non entis qualitates, virtutes, habilitatesue, quænam medio obedientialis potentiæ habilitas, seu aptitudo ipsi nihilo transfundi poterat ad creanda omnia, vt ex eo posteà tamquam materia habilis facta crearentur omnia? si ergo in his operatur Deus absq; infusione dictæ obedientialis potentiæ, cur nõ in alijs? & vt res ista aliquo clarior reddatur exemplo ponamus casum, quod aliquem ex hominibus tamquam instrumentum ad ea manifestanda, quæ suæ sunt placita voluntati elegerit Deus: homo vtiq; ille, etsi propria sua in se insitam, vt cęteri habent homines, loquendi, & ratiocinandi natura facultatem habeat, adeò vt ad loquendum, & ratiocinandum huiusmodi non egeat infusione obedientialis potentiæ, quoniam ad hoc est habilis sua proprià natura: ad manifestandam tamen gloriam sui diuini verbi vult Deus, quod omnes sciant, ità vt nullo vmquam tempore ignorare queant, quod re non fuerit homo ille, qui diuina illa ex se locutus fuerit verba, sed ipsemet verè fuerit Deus, qui illa in ore hominis illius posuerit, deinde os illius adaperiens per illud emiserit illa, ita vt cum veritate dicere nemo possit, quod verè fuerit homo ille, per cuius os sic, vt suprà, emmissa fuerunt, qui ex sibi inata, vel infusa hac fuerit illa locutus potentia, sed verè ipsemet fuerit Deus, qui in ore hominis illius stans per linguam, & labia eius emiserit, & locutus fuerit illa, sicut habemus *ex Exod. c.4. num. 12. & 15. Reg. 2. c.23. num. 2. Ezech. c.3. num. 10. 17. & 27. Mat. c.10. num. 20. Mar. c.13. nu. 10, Luc. c.12. nu. 11. c. 21. num. 15. Apost. 2. ad Cor. c. 13. num. 3. Ad Heb. c.1. num. 1.* Si ergo Deus tanta mentis suę protestatione, & energia declarat, quod ipsemet est ille, qui immediatè facit, vt homo sua loquatur verba, immò quod ipsemet est qui ea loquitur per linguam, & os illius vllo absq; humanę suę, vel illi infusæ adiumento potentiæ, cur in simili casu dicemus, quod non Deus, sed asina per se virtute sibi infusæ locuta fuerit potentiæ? Deus forsan in operibus suis opere complen-

dis

dis iumento egebit? aut virtus sua ita infirmata erit, vt quod potuerit alias, non possit amplius? aut asina ad diuinam adimplendam voluntatem maioris erit prerogatiuę,& capacitatis, quam homo? quam quęso huiusmodi afferre possumus diuersitatis rationem, cur asina diuina verba ex infusa per se locuta fuerit potentia, homo verò neq; ex naturali sua, neq; ex infusa per se ista loqui valeat potentia, sed ad ea eloquenda purum Dei maneat instrumentum? Respondebunt forsan, quod hoc asserunt ad literalem textus illius sublinendum sensum re dicentis: Quod asina illa locuta fuerit, neq; nos etiam, quod ità dicat, negamus, sed benè dicimus, quod ipsa ex infusione hoc per se non fecerit potentię, quia etiam homo in superius proposito exemplo locutus fuisse dicitur, sed non ex naturali sua, neq; ex infusa hoc fecisse dicitur potentia, sed diuina tantumodo virtute eloquium illud per os, & labia eius eructante, quia Deus in operibus suis actu complendis nullius eget auxilio. *Iob. c.26. num.* 1. 2. 3. Nonne etiam textus 3. *Reg. c.*17. *nu.*22. expresè dicit: *Quod anima pueri ad viscera sua reuersa est, & puer ille reuixit?* neminem tamen latet, quod anima à corpore separata sua non potest ad illud reuerti potentia, neq; mortuus per se in vitam resurgere, sed benè diuini virtute, & efficacia verbi, quia omnipotens est, & diuina potestate plenum *Sap. c.* 16. *nu.*13. & 14. *Psal.*102. *num.* 16. *Eccles. c.*8. *nu.* 8. *Ezech. c.*37. *nu.* 14. *Io. d. c.*11. *nu.*43. *Act. Apost. c.*9. *nu.*40. *Luc. c.*8. *num.* 54. & 55. textus similiter *Ier. c.*48. *nu.*18. expresè dicit: *Quod habitatio filiæ Dibon sedeat in siti:* veruntamen non modo secundum literalem sensum, sed & secundum ipsam facti veritatem non habitatio, sed habitatores Dibon, re non sedere debent in siti, quia ex siti, quę est passio, neq; scamnum, neq; quid simile effici potest, vt in eo quis actu sedere valeat, sed quod debent in ipsa perpessione permanere sitis, sic & in alijs quam plurimis textibus, nam quemadmodum suprà naturam hominis est, quod homo inuisibilia conspiciat. *Isa. c.*64. *nu.*4. *Apost.* 1. *ad Cor. d. c.*2. *nu.* 9. 11. & 14. *secundò ad Eosdem c.*4. *nu.*18. *Reg.* 4. *c.*6 *nu.*16. sic suprà iumenti naturam est, quod humana voce loquatur, immò quod per se loquatur est suprà vniuersę naturę vires ita, vt si siue Angeli ministerio, vel dęmonis arte per illius os articulata emmitteretur vox, propter hoc tamen iumentum illud per se locutum fuisse dici minimè posset, quia loquela illa non ab intrinsica illius processisset potentia, sed ab externa Angeli, seu dæmonis illius in ore dicti iumenti illam formantis, & articulantis, quibus stantibus, prout

re vera stant, sicut, immediatum Dei fuit opus, quod oculi Balaam aperirentur, & Angelum conspicere posset textu *d. Num. c. 22. nu. 31. & 34. dicente: & protinus Dominus aperuit oculos Balaam, & vidit Angelũ stantem in via euaginato gladio &c. quem vt vidit, pronus in terram adorauit eum dicens: Peccaui, nesciens quod tù stares contra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar &c.* sic immediatum Dei fuisse opus dici potest, quod os asinæ ad huiusmodi loquelam emmittendam aperiretur, nam quid aliud est aperire oculos alicuius, quam facere, vt, quod ille videre natura non potest, videat. *Reg. 4. c. 6. nu.* 17. 18. & 20. sic aperire os, est facere, vt, qui natura loqui non potest, immediatè loquatur absque eo, vt Deo dura hęc imponatur necessitas, vt prius ei, a quo vult educere loquelam, hanc obedientialem infundat potentiam, quam re ipsa eum loqui faciat, nam si Deus vlla sine infusione præfatę obedientialis potentię ab ipso nihilo immediatè eduxit rectè loquentem, videntem, & audientem, cur ab aliquo, licet inepto loqui rectos actu immediatè non educet sermones? Quod ergo asina non medio virtutis in se ab obedientiali hac transfusæ potentia ratiocinatos illos per se verè emmiserit sermones, sed diuina in illa eos sic formante omnipotentia fatendum esse videtur, non secus, ac harmonicus concentus non ab ipso per se formatur organo, sed ab ipso cantus rectore, eum sic sibi in organo canere complacente. Confiteamur ergo, oportet, quod obedientialis hęc potentia purus sit terminus inuentus ad demonstrandam summam subiectionem illam, qua creatura summo Dei subiecet imperio, & deuictam obedientiam illam, quam illi continuò prębeat, necesse habet, & tandem, si quid reale in ipsa insitum creatura per ipsam significari dicendum esset, etsi rationabiliter credi posset, quod per illam nobis manifestaretur character ille in intimo cuiusq; creaturę a Deo impressus summi sui diuini expressiuus imperij super se perpetuò imminentis, & profundissimę subiectionis, ac deuictæ obedientię a creatura ipsi correspectiuè debitæ imperio Dei, vt eiusmodi ductu, & virtute luminis vnaquæq; creatura Deum creatorem suum agnosceret, timeret, ad nutum eius tremeret, paueret, eiq; enixè obediret, quoniam in hoc creata fuit, & ad hoc tamquam ad proprium tendit, & properat finẽ spiritu Domini de eo sic per *Proph. Bar. c. 3. nu.* 33. 34. & 35. dicente: *Deus emittit lumen, & vadit: vocat illud, & obedit illi cum tremore: stellæ dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt: vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus, & cum iucunditate luxerunt ei, qui fecit illas. Præcipit*

soli,

Soli, & non oritur: dicit: festina iter tuum, & festinat: siste dicit: & sistit. Respicit terram, & facit eam tremere: tangit montes, & fumigabunt: commouit terram de loco suo, & columnæ eius concutientur: Basesq; cœli ad eius pauebunt, & contremiscent nutum: niui præcipit, & descendit in terram: hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ, & ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus, & nubes spargunt lumen suum Psal 103. num. 32. Iob. c. 9. nu. 5. 6. 7. c. 26. nu. 11. c. 36. nu. 32. c. 37. num. 6. 9. & 11. Eccl. c. 42. nu. 5. c. 46. nu. 5. qua pro huiusmodi accepta charactere, tunc penitus cessaret obiectio illa: Quod videlicet, per infusionem obedientialis potentiæ Deo imposita diceretur necessitas de illa prius infundenda, quam suum opus destinatum perducere posset effectum, quia character iste creaturę non infunditur in ipso præceptæ rei momento, vt ipsa infundi dicitur obedientialis potentia, sed in ipso instanti creationis rei cuiusq; adeò vt diuino superueniente præcepto statim vlla sine mora, nouæq; infusione potentię rem sibi præceptā exequi valeat. Verùm etsi character iste sic, vt supra, in intimo fuerit creaturæ cuiusq; insitus rationabiliter dici possit, atq; etiam quod in ea ad prędicta omnia operanda naturalem pariat propensionem, effectus tamen de quibus superius est facta mentio, vtiq; non ab huiusmodi charactere illorum tamquam intrinseca causa effluxisse dicatur, sed ab ipsa diuina voluntate, hoc spiritu Domini attestante *Iob. d. c. 37. nu. 6. 9. & 12.* dum ait; *Quod prædicta omnia per circuitum lustrant, & vadunt quocumq; voluntas gubernantis,* hoc est Dei, *duxerit illa, ad omne id super vniuersam faciem terræ adimplendum, quod ipse pręcepit illis.* Adeò vt si huiusmodi obedientialis potentia, seu character substinenda sint, tamquam quid reale in ipsa insitum creatura, cuius intrinseca virtute pręfata per se moueatur creatura ad ea operanda, quę supra suæ sunt naturæ vires, nihil aliud sit, esseq; possit, quam diuinum verbum, quod ab ore Dei egrediens ad eum, ad quem missum est, vadit, eiq; adhærens in eo id operatur, ad quod illud misit Deus, quoniam sui ipsius, hoc est significatarum rerum in se contentarum est consumatio in omnibus, ideò scriptum est: *Quod ad Deum numquam reuertitur, vacuum, sed id omne operatur, ad quod verè misit illud. Isa. c. 55. nu. 11. Eccl. c. 43. num. 28. & 29. Io. c. 5. nu. 38. Psal. 32. num. 6. & 9.* quia si cuiusq; creatæ rei esse ab ipso Dei processit, & procedit verbo, ab ipso quoq; & eius operari, & agere processerit, & procedat, consequens esse videtur, *nam si Deus dixit*, & quæ dixit, de repente in esse prodierunt, atq; facta sunt, *ipseq; mandauit, & creata*

ſunt (hæc enim ſicut dicuntur ad creaturarum pertinere exiſtentiam) ita etiam dicens: Pręceptum poſuit, & non præteribit (ſic iſta ad creaturarum operationem pertineant conſequens eſt) ex eo propterea quaſi illationem deducens ait: *Laudate ergo Dominum* id videlicet faciendo, quod ille præcepit vobis, *de terra dracones, & omnes abyſſi, ignis, grando &c. Pſal.* 148. *num.* 5. 6. 7. & 8. Deus enim ſuum terræ emmittit ſermonem, *& ſermo eius* ſic emmiſſus *velociter currit* ad eius implendam voluntatem *dans niuem ſicut lanam, & nebulam ſicut cinerem ſpargens &c. Pſal.* 147. *nu* 15. & 16. voci enim ſuę Deus dedit vocem virtutis omnis, ideò ſi vox Domini emmittatur *volentis confringere cedros, & concutere terram*, actu confringet cedros, & concutiet terram, quia *verbum Dei eſt opus perfectum, omnipotens, ac diuina poteſtate plenum, omniumq; actus, & forma rerum Pſal.* 67. *nu.* 34. *Pſal.* 28. *num.* 5. 6. & 8. *Eſd.* 4. *c.* 6. *nu.* 38. *Sap. c.* 18. *nu.* 18. *Eccleſ. c.* 8. *nu.* 4. effectus ergo illi, quos in ipſis conſpicimus operari creaturis vltra ſuę naturæ vires, non vtiq; dicendi ſunt ab eorum naturali procedere potentia, quia ad eos producendos vim nullam habet, neq; etiam ab infuſa iſta obedientiali potentia per ea, quę ſuperius dicta ſunt, ſed ab ipſo diuino verbo, quoniam id, quod ſignificat, in eſſe ponit, quia opus eſt perfectum, & cuiuſque actus, & forma creatæ rei; ideò ſi in verbo Dei *ſol feſtinauit iter: & iterum in verbo eius fuit impeditũ iter* dictum impedimentum vtiq; non ab impediti interna potentia proceſſit, ſed ab impedientis verbi virtute, & efficacia *dd. Eccl. c.* 43. *num.* 5. & *c.* 46. *nu.* 5. *Ioſ. c.* 10. *num.* 12. & 13. ex quibus ſemper magis eluceſcit, quod iſta obedientialis potentia eſt terminus introductus ad ſummum Dei manifeſtandum in creaturas ſuas imperium, & viceuerſa debitam creaturę in ipſum obedientiam, quod tantò liquidius ex eo manifeſtari dicitur, quod ipſimet, eam qui introduxerunt, conſtanter affirment, videlicet, quod tam bruta, quam homines phyſicas eas operationes, quarum operandarum naturalem ab exordio creationis ſuæ a Deo receperunt potentiam à ſe ipſis re non operantur, ſed quod ipſe eſt Deus, qui in ipſis operatur illas, quod ſi verum eſſet, tanto magis verum eſſe deberet, quod ipſe eſſet Deus, qui etiam in ipſis operaretur eas, quę ſupra ſuæ ſunt naturæ vires, quia ſi huiuſmodi agens à ſe ipſo operari non poſſet, ea, quorum agendorum naturalem à Deo potentiam recepit, & ſibi eſt impartita facultas, multò minus ea à ſe ipſo operari poſſit, conſequens eſt, quorum non ſolum agendorum nulla eſt ei à Deo data naturalis potentia, ſed omnis de-

nega-

negata facultas, vt in asina loquendi, ista nec tolleretur obiectio, si dicerent: Quod in ijs operationibus operādis, quæ suprà agentis sunt naturales vires, illarum operandarum potentiam recipiat agens virtute obedientialis potentiæ sibi in ipso operandi calculo à Deo tributa, quia respondemus, quod nulla penitus interest differentia, quod quis, potentiam rei operandę à Deo receperit, ab exordio creationis suæ, ac in ipso illius operandæ calculo, seu momento, quo stante ipsi etiam per hoc hanc videntur terminasse quæstionem, verum quæ de physicis dicta sunt operationibus quasi per accidens, an vera sint, diligentius inquiramus, postulat ratio, vt clarius de illius illucescat veritate.

An vulgata assertio: Quod physicæ operationes omnes à Deo sint: morales verò à nobismet ipsis: firmis constent fundamentis. Cap. II.

CVm resolutionis quæstionum omnium summa vel ab irrefragabili ratione, vel à suprema, cui contradici nequeat, auctoritate resultare, & pendere dicatur: Cur physicæ operationes non ab hominibus, non à brutis, quarum agendarum potentiam in se habere non negamus, negare nec possumus, & à quibus iuxtà eorum formalitates eas efluere conspicimus, sed à Deo: Morales verò in quarum operatione diuinę quędam virtutis, & splendoris fulget claritas, non à Deo luminum, & virtutum Patre, & Domino, sed merè ab hominibus ipsis prouenire iudicatæ fuerint, qualem vtiq; superius diximus, assignassent oportebat rationem, vel auctoritatem, vt eorum resolutio nullum omninò agitaret intellectum.

Eam igitur qui sic, vt suprà, statuerunt, & affirmant: aut volunt, quod quęlibet humana operatio nostra re vera in se vnica sit, & indiuisibilis: aut, vt eorum videntur manifestare verba, bina, & partibilis: hoc est physica, & moralis: si vnica, & cum à nostra voluntate, tamquam ab vnico priuato, ac proprio humano agēdi naturali principio nostro procedat, à quo cunctę humanæ nostrę effluere dicuntur operationes, quæ etiam, & qualis ab ea, semel informata processerit, eadem quoq; & talis in indiuiduo vt sit, esse perseueret, necesse est,

qui a ficut dictũ producẽs principium sua est immutabile natura, sic & eius formalitas, ac actus cuiusq; processiui vnitas, alias ab eo re non processisse videretur principio, à quo processisse dicerentur, à suaq; informata forma, vel suam non appræhendisset, vel appræhensam dimisisset formalitatem, qua non apprę̨hensa, vel dimissa non eadem etiam in indiuiduo, quam nobismet ipsis fuisse fingeremus, esset, sed alia, & consequenter nõ vnica, sed bina foret, atq; à duplici orta principio, quia quę, & qualis ab vno, ab alio non posset processisse principio. *Mat.c.7.n.18.c.12.n.33.Luc.c.6.n.44.Iac.c.3.nu.12.Prou.c.9.n.9.*

Si verò volunt quod bina sit videlicet moralis, quam a nostra pura dicunt procedere voluntate, à qua, tanquam fonte arbitrario quid quid scatet siuè bonum, siuè malum sit necesse est, prout ab ipsa bonitatem seu malitiam recipit, atq; simul physica, quam per se malam numquam esse proponunt, sed totam malitiam, seu bonitatem ab ipsa mutuare morali, prout ipsa moralis vel mala, vel bona fuerit, quã moralem à nobis merè procedere, & pendere dicunt: physicam verò à Deo, ex quo sequi videtur, vel quod nostra moralis in tantum sit mala operatio, quatenus à mala nostra procedat voluntate, & in tantum bona, quatenus à bona nostra procedat volontate, vel in bonam, vel in malam vertatur partem, ex quo si ita se haberet, multa equi possent absurda, quorum vnum esset, quod Deus vel duas nobis dedisset volontates vnam videlicet bonam ad bona operanda, alteram malam ad mala perpetranda, à quibus tamquam proprijs fontibus à malo videlicet mala, à bono bona effluerent, quia à fonte malo bonum procedere non potest, neq; a bono malum, neq; ab vno, & eodem bonum simul, & malum. *Mat. c.7. nu. 18. Luc.d.c.6. nu.43. & 44. Iac. c.3. nu.11. & 12.* Secundum à pręcedente resultans esset, quia si ab initio creationis in homine Deus bonam, & malam creasset volũtatem, nõ cuncta, quæ fecisset, in semet ipsa fuissent valdè bona, prout valde bona fuisse legimus, quia malum bono est ex aduerso contrariũ. *Gen. c.1. nu.31. Eccl. c.39. nu.21. c.33. nu.15.* Tertium quia si opera nostra à nostrę duntaxat fierent mala malitia voluntatis, tunc, si assereremus, quod sic nostræ malitia infecta voluntatis a Deo opere cõplerentur, etiam balsphemare videremur, quia sicut nulli dat Deus spatium, vel ansam malefaciendi. *Eccl. c. 15. num.21.* sic & multo minus malefacti operationem, alias nostris diceretur cooperari operibus malis, quas re vera non ab ipso, sed à nobismet ipsis effluere scimus. *Apost. ad Rom. c. 1. nu.28. Sap. c.13. nu. 13. 14. & 15. c. 1. num. 12.*

12. & 13. Si verò dixerint, quod cum illas operatur Deus, non sint malę: nos etiam de illis sic ab eo opere completis, tanquam non malis nullam mereri deberemus pœnam, quia exterum est a natura Dei de opere non malo punire quemquam. *Sap. c.* 12. *nu.* 15. Si verò dixerint, quod post diuinam operis illius operationem reuertantur malę, à nostra tanquam infectę malitia voluntatis, oporteret etiam dicere, quod quælibet nostra operatio mala duplex esset peccatum, primò quidem quando mente à nostrę malitia fuit concepta voluntatis, secundò verò, quando post diuinam operationem illius in propriam reincideret malitiosæ suæ prioris labem voluntatis, & mala euaderet, ob interpolatam bonitatem diuinæ operationis inter perfatarum vtramq; operationum nostrarum intercedentem, quia tot sunt peccata, quot sunt inter se distinctæ operum labes. *Eccl. c.* 23. *nu.* 33. Quartum quia si malorum constitutio à sola nostræ procederet, & penderet malitia voluntatis, sequeretur, quod actualium operationum, seu realium actuum nullus puta adulterij, incestus, bestialitatis, sodomiæ, & aliorum similium per se malus esset, nisi à nostræ prius malitia inficeretur voluntatis, quod tamen falsissimum esse scimus, quia huiusmodi actus sunt per se turpitudines, abominationes, & detestabilia scelera *Leu. c.* 18. *nu.* 17. 22. 23. 26. & 27. *c.* 20. *num.* 12. 13. 14. 15. & 16. *Gen. c.* 37. *nu.* 2. *Iud. c.* 19. *nu.* 23. *Ose. c.* 10. *nu.* 9. *Iob. c.* 31. *nu.* 10. & 11. *Ier. c.* 7. *nu.* 10. *Apost. ad Rom. c.* 1. *num.* 26. 27. 28. 29. *Ad Eph. c.* 5. *num.* 5. *Apoc. c.* 21. *nu.* 27. *c.* 22. *num.* 15. dicamus ergo oportet, quod realium operationũ quędam per se malæ sunt, quas qui opere complent, mala faciunt, non solumq; easqui opere complent, sed qui operationibus illarum voluntariè consentiunt, ecce ergo, quod voluntas magis à reali opere malo inficitur, quam à mala voluntate opus reale *Mat. c.* 5. *num.* 28. *Apost. ad Rom. d. c.* 1. *num.* 32. *Eccl. c.* 21. *nu.* 2. quod autem ita sit ex eo deduci posse videtur, quod nobis pręceperit Deus, quod bona quęreremus, mala autẽ fugeremus. *Amos. c.* 5. *num.* 14. *Psal.* 36. *nu.* 27. *Eccl. c.* 7. *nu.* 1. *c.* 21. *nu.* 2. & *seqq.* nam si bona, & mala, à nostra voluntate tanquam ab interno eorum scaterent fonte, bona frustra quærere, & mala fugere pręciperemur, quia, quæ intra nos sunt, quærere necesse non habemus, fugere nec possumus, sed ea tamtũ, quæ extra nos locata sunt. *Amos. d. c.* 5. *nu.* 15. *Apost. ad Rom. c.* 12. *num.* 9. *Psal.* 96. *num.* 10. firmum ergo remanet, quod realium operationum quędam sunt per se malæ, quædam per se bonę, verbi gratia concubitus cum vxore aliena malus est, quẽ

qui

qui committit, malum operatur, quod adulterium appellatur, quod ſuum operatorem ſuis infectum relinquit malitia, & nomine propterea illud committens adulter dicitur, & ſceleris illius contrahit maculam: concubitus verò cum propriâ bonus eſt, ſic & ſolus concupitus alienæ malus. *Mat.c.5.nu.28.* quia malam operationem deſiderat; propriæ bonus, quia bonam deſiderat operationem *Prou.c.5.nu.18.19.& 20.Apoſ.p.ad Cor.c.7.num.2.3.& 4.* operatio ergo realis non à noſtra deprauatur voluntate, ſed potius voluntas noſtra à mala deprauatur operatione, quia voluntas noſtra facere non poteſt, quod operationes contra diuinam, vel ipſius naturæ legem dictis non ſint contraria legibus, neq; quod ea, quæ contra dictas leges commiſſa ſunt, non ſint errata, quia prædictis aduerſantur legibus, neq; quod, talia qui commiſerit, non errauerit, quia talia committendo præfatis eſt aduerſatus legibus, quibus contrauenire peccatũ eſt, quia imperãtis sũma læditur maieſtas, licet quandoq; ex bonitate legislatoris non imputetur ob inuincibilem committentis ignorantiam: ſic nec voluntas noſtra facere poteſt, quod particulares operationes per ſe malę, non ſint, malæq; nec ſint, veluti quod adulterium non ſit adulterium: inceſtus non ſit inceſtus, homicidium, furtum, & huiuſmodi ſimilia, neq; quod huiuſmodi non ſint per ſe mala, & abominanda ſcelera. *Leu.dd.c.18.& 20.numeris ſuperius citatis*, ex eo ergo ea prohibuit Deus, quia re per ſe mala erant, & conſequenter fugienda, & euitanda, nam ſi per ſe mala non fuiſſent, ea vtiq; non prohibuiſſet, prohibuit ergo illa, ne nos illa operantes, ab eorum inficeremur, & corrũperemur malignitate, ne in fecti, & corrupti nos quoq; euaderemus mali. *Pſal.13.num.2.& 3.Pſal.52.num.2.& 4.* ſic ea, quæ lex prohibet naturæ, ab ea prohibita fuerunt, quia ab ipſorum operatione ipſa lęditur natura, quia re ſibi mala, & noxia ſunt, *Leu.c.4.num.27.c.5.num.15.17.18.& 19.Tob.c.4.num.16.Mat.c.7.num.12.c.18.num.32.Luc.c.6.num.31.* ea ergo operantes peccamus, quia quę à Deo, & à natura nobis prohibita ſunt, & per ſe mala, & peccata ſunt, opere perficimus, nam ſi huiuſmodi per ſe mala non eſſent, erranter, & ignoranter ea committens nullo vtiq; poſſet peccare modo, quia nihil eſt tam contrarium conſenſui noſtræ voluntatis, quam error, & ignoratio, neq; de peccato erranter, & ignoranter commiſſo quiſquam omninò plectẽdus eſſet, quia exterum, vt diximus, eſt à natura Dei, eum, qui nonpeccauerit, punire *Sap.d.c.12.num.15.* tamen habemus, quod erranter, & ignoranter prædicta committens mala

pec-

peccat, & de peccato illo est puniendus, licet mitius, quam si scienter peccasset, *Luc. c.12. num.48. tertio Reg. c.20. num.35. 36, c.13. nu. 17. 18. 21. 22. 24. Ose. c.4. num.14. Apost. ad Rom. c.2. num.12. P. ad Cor. c.14. num.32.* nisi ignorantia à facto prouenirct, & inuincibilis esset. Accessus ergo, & recessus voluntatis nostræ ad rem, seu operationem realē, à re, seu operatione reali per se siue bona siue mala quatenus bona, seu mala, rei, seu operationis illius est purum accidens, quia bona, & mala passim voluntariè, & inuoluntariè committimus, per accessum enim voluntatis nostræ ad mala malo, ad bona bono adhæret anima nostra. *Eccl. c.7. nu.1. c.12. nu. 13. c.21. num.2. Bar. c.3. num.4. Psal. 17. num. 26. & 27. Apost. 2. ad Cor. c.6. num. 14.* propterea vt dictum fuit, voluntas concubendi cum aliena vxore mala est, quia ad rem malam accedit, quale est ipsum adulteriū: cū propria bona, quale est debitū matrimoniale, propterea Deus prohibuit, primo, & principaliter realia facta per se mala, secundario, & in consequentiam simplicem voluntatem eorum committendorum malorū dicens: *non mechaberis: non furtum facies*: deinde: *nec mulierem, nec rem concupices alienam*. In claris ergo deducto, quod actionum realium, seu actualium operationum, inter quas physicas etiam connumerari ignorare nō possumus, quędam sint per se malę; si eas omnes in nobis, vt illi dicunt, operaretur Deus: ex eo infinita, ne cogitanda quidem sequerentur absurda, nam si Deus adulterium, homicidium, furtum, & cætera huiusmodi prohibet, quoniam non vult, atq; abhoret, vt fiāt, & odit ea, & qui faciunt illa, quia turpitudines, abominationes sunt, & nefaria scelera, si ea inquam, vt exaduerso dicitur, in nobis operaretur Deus, quod fieri non vellet, faceret, quod prohiberet, opere impleret, quod odio haberet, in sui odium perficeret, & se ipsum despiceret, nobisq; peccantibus assisteret, & auxiliū præberet, quæ omnia, & singula sic dicere vtiq; errores essent etiam inexcogitādi. *Iob. c.8. nu. 3. & 20. c.34. nu.10. Psal. 5. nu.6. 7. Sap. c.14. nu.8. 9. & 10.*

Neq; huiusmodi tollerentur obiectiones si quasi ad anchoram refugientes dicerent, quod nos moraliter ad easdem concurrētes operationes totius nos essemus earum causa malitię, quia ex iam superius demonstratis manifestè patet, quod pręfatæ operationes per se malæ sunt, & quod non nostra eas malas facit voluntas, sed è contra quod ab ijs magis nostra inficiatur earum malitia voluntas, nam si ad actus venereos complendos masculus interuenit vti agens, fæmina vti patiens, Lot consequenter in concubitu cum filiabus suis secuto,

cũ nequidquã moraliter egerit, quia ità ebrietate, & somno cõsopitus erat, vt nec quando secũ accubuerunt, nec quando surrexerunt eius filiæ omninò senserit hoc scriptura sacra testificante *Gen. c.19.nu.32. 34.35.& 36.* reliquum est, vt in concubitu illo ex parte Lot tantũmodo interuenerit naturalis, seu physica operatio, quã si, vt ibidicitur, Deus operatus esset, vtiq; peccato filiarum Lot vti agens interuenisset, interueniens ad peccandum eis auxiliatus fuisset, quod dicendum non est, quia error maximus esset. Idem dici posset de iumento mulierem comprimente, quod scimus moraliter agere nõ posse, quia voluntate caret, ergo physicè tantũ, quam physicã actionem si Deus diceretur opere cõpleuisse, cõpræsionis mulieris illius agens causa fuisset, & iumẽtũ illud gratis occideretur. *Leu.c.20.n.16.* quod pariter nõ est dicẽdum, quoniam similiter error esset: quid præterea horridius ex cogitari potest de ea, quã quidam sibimet ipsis, aduersanti, fingunt, re, dum asseuerantes affirmãt, quod diabolus, etsi hominẽ sodomia peccare tentet, ità tamen peccanti ob nefariam huiusmodi criminis fœditatẽ assistere non possit, sed fugiat, postea non horrescimus dicere, quod nefariç fœditatis illius physicam operetur operationem Deus, qui ob illius summam mũditiam nec inde excreta cõspicere sustinere queat. *Deut. c.23.nu.14. Sap. c.7.nu.25. Eccl. c.4. nu.22.* Respondebunt forsan, quod ipsi nõ asserũt, quod Deus actuales, seu reales omnes operetur operationes, sed physicas tantũ, dicant etiam oportet, quamnam inter actualem, seu realem operationem, & eam, quam physicam appellant, statuant differentiam, nam si solo nomine differunt, nomina vtiq; neq; res ipsas, neq; operationes in esse constituunt, neq; ab inuicem eas differre faciunt, earumuè species dirimunt, sed in esse constitutas, differentia diremptas, & specificatas demonstrant, quia substantiæ, species rerum, atq; operationum antequam essent, nomina non habebant, sed postquam in esse prodierunt, nominata fuerunt, vt proprio possent demonstrari nomine. *Gen. c.2. nu. 19. & 20.* Cum præterea, *Sap. c.13. nu. 11. 13. & 14.* eæ omnes operationes enumerentur, quæ circa statuæ ligneæ elaborationem fieri contingunt incipiendo à præcisione ligni, ex quo confecta fuit, & ab erasione corticis illius vsq; ad absolutum illius complementum, deinde lignum illud maledicit Deus, & eum, qui illud sic operatus est, quia stultitia hominum postea pro Deo habitum fuerit. *Sap. c.14. nu. 8. & 10.* ex quo necessariò sequi dicendum est, quod earum operationum, quæ circa illius elaborationem à principio vsq; in finem nullam fuerit

opera-

operatus Deus, ne videamur dicere, quod se ipsum maledixerit Deus, tamquam circà ligni illius elaborationem physicè, vt isti dicunt, operantem. Si verò dixerint, quod sub nomine physicę operationis motus tantum compræhendatur, quasi actuales operationes, actusue reales physici non sint, esse nec possint, quod cogitandum intelligentibus relinquimus, & tunc aut volunt, quod Deus sensibile animatū creauerit corpus, vt virtute animæ in se creatæ, & infusæ per se naturaliter moueretur, & operaretur, aut non: si quidem vt per se moueretur, & operaretur, ita etiam moueatur, & operetur necesse est, ne diuina animati corporis frustrata reddatur operatio. *Gen. c.* 1. *nu.* 21. 24. *&* 30. *c.* 2. *num.* 7. *&* 15. *Eccl. c.* 17. *nu.* 3. *Ezech. c.* 37. *nu.* 10. *Sap. c.* 15. *nu.* 11. *Io. c.* 6. *nu.* 64. *c.* 9. *nu.* 4. *Eccles. c.* 9. *nu.* 10. nec dici debet, vel potest, quod Deus postquā illud sic per se mouens, & operans condiderit, ei proprium illius ademerit, vel inhibuerit naturalem motum, & operationem, quia, quod fecit, non infirmat Deus, neq; opera sua delet, vel inania reddit, neq; est, vt homo, vt mutetur. *Eccl. c.* 47. *nu.* 24. *Num. c* 23. *nu.* 19. sed ea creauit, vt in eadem specie, & forma, qua creauit illa, vsq; in finem perseuerarent, sicut perseuerabunt, quia lex, quam Deus imposuit createę naturæ, natura durante immutabilis est *Sap. c.* 1. *nu.* 14. *Gen. c.* 1. *num.* 21. 24. 25, *&* 30. *Ier. c.* 31. *num.* 35. *&* 36. *c.* 33. *num.* 20. *Ecclef. c.* 3. *nu.* 14. Etsi animantia ex eo viuentia esse dicuntur, & sunt verè, quia in se ipsis vitam habent, & vita est principium motus, & quietis in eo, in quo est per se, & non per accidens, consequenter etiam non accidentaliter, vel ab alio, sed per se moueātur, oportet, alias re viuentia non essent, si verò naturaliter, seu physicè per se mouentur, per se etiam physicè agant consequens est, quia physicus actus ex physico constat motu, & sine eo formari, & esse non potest, varius autem viuentibus naturæ datus est motus, vt ex variorum motuum apposito motu physica quælibet speciei cuiusq; posset formari actio, & vt ex eo formata viuentia secundum speciei suæ possent agere, & viuere formalitatem, sic agentia, & viuentia ipso re vera essent viuentia actu, huiusmodi ergo motus, & actus non per accidens, vel ab alio, sed à se ipsis procedant, & pēdeant, consequens est, alias processiui vnius speciei actus à diuersa dicerentur naturaliter posse procedere specie contra tradita à Domino nostro Iesu Christo *Mat. c.* 7. *nu.* 16. *c.* 12. *num.* 33. *Luc. c.* 6. *num.* 44. *Iac. c.* 3. *nu.* 11. Secundò quia si omnes ab inuicem ita à Deo distinctæ, & separatæ sunt species, vt vna alia esse non possit, seu in aliā

se trãsmutare, & transire non queat, sed eadẽ semper in indiuiduo esse perseueret: & viuentium, & non viuentium ex eo ab inuicem sunt distinctæ, & separatæ species, quia illę vitam habent, istæ non: & vita in esse formali ipsa est actuum exercitatio vitæ, quorum exercitatio physica est speciei illius actio, cur etiam non per se physicè re moueãtur, & physicas speciei suæ exerceãt operationes nulla in contrarium videtur posse assignari irrefragabilis ratio, quia per se moueri, & propriæ actus exercere vitæ, speciei viuentium est ipsa formalitas, sine qua actu viuentia esse nõ possunt, alias species istæ, quæ miro ordine à Deo dispositæ, & ab inuicem distinctę, & separatæ fuerunt, inter se confunderentur, & vna tantumodo esset non viuentium species, quæ re vt moueretur, & ageret indiferenter ab alio semper moueretur, & ageretur oporteret; huic neq; obstaret, si vt solent, dicerent, quod singuli viuentium actus, quatenus physici à Deo, quatenus alijs appellantur nomibus ab ipso prouenient viuente, quia daco etiã, quod quilibet viuẽtis actus diuersis respectibus diuersis posset appellari nominibus, & secundũ diuersas has denominationes etiam mente distingui, non propter hoc multiplex iste constitueretur actus, vt secũndũ vnam denominationẽ ab vno, secundũ aliam ab alio reprouenire posset, quia varietas denominationũ, seu vocabulorũ, vt dictum fuit, in ipsa nequidquam constituit natura, sed in ea, quę constituta fuerunt & sunt, significatione demonstrat, nam & actus, & res, eędem in indiuiduo remanent post earum denominationem, quæ antea fuerant, quam vllo appellarentur nomine. *Gen. d. c. 2. num.* 19. *&* 20. Tertiò quia cum homo ex animæ, seu spiritus, & carnis constet composito, & animæ huius agendi principium, & potentia ipsa sit voluntas, quæ tamquam summum in ea tenens arbitrij imperium in omnibus etiam operibus ab ea pendentibus in eam, in quam maluerit, queat inclinare partem, quia huiusmodi est ipsa arbitrij potestas, & virtus, hinc est, quod ad liberi arbitrij sui placitũ suos omnes valens emmittere, & moderare actus, & operationes, consequenter etiam omnium actuum, & operationum, quæ ab ipsa procedunt, & pendent, nulla, nisi moralis esse valeat, quia ad eius imperij nutum siuè in bonum, siuè in malum possit verti morem. *Eccl. c.* 15. *num.* 14. *&* 18. *c.* 14. *nu.* 20. *&* 21. *c.* 31. *num.* 10. *Eccles. c.* 11. *nu.* 6. quod cum ita sit, reliquum est, vt, quæ in nobis physicæ sint operationes, ab ipsa oporteat quæramus carne, cuius interna agendi facultas, seu potentia in ipsa carnis substantia naturaliter insita concupiscentia dicitur, sine qua caro nõ
esset,

esset, esse nec posset, quæ promiscuè tum ipsius dicitur sapientia carnis, quia ea, quæ sunt carnis sensibili percipit cognitione, & ea sapere dicitur *Apost. ad Rom. c.8. num.* 5. *&* 7. *P. Ad Cor. c.2. nu.* 14. lex tum dicitur carnis, quia ad eius imperij nutum ipsa ei obedit caro, ab ipsaq; naturaliter regitur, & gubernatur. *Apost. ad Rom. c.7. nu* 23. quæ lex cum sit omninò carnalis, lex verò Dei spiritualis, sicut & ipse Deus spiritus est, ista propterea carnis sapientia, seu lex ipsi Deo verè inimica est, eiusq; legi non est subiecta, esse nec potest, quia caro non percipit, percipere nec potest ea quæ spiritus sunt. *Io. cap.4. nu.* 24. *Apost. Ad Rom. c.7. nu.*14. *c.8. num.* 5. *&* 7. ea consequenter si non percipit, ea etiam agere nec poterit, quia illarum agendarum principium, ipsarum est agendarum cognitio rerum, sine qua agantur impossibile est, propterea, in carne qui sunt, & secundum eam viuunt, Deo placere non possunt *d. ad Rom. c.8. num.*8. *&* 13. quę lex carnis, carnis etiam appetitus, & voluntas dicitur, quia propria prurit, affectat, & vult natura suos in carne explere naturales actus. *Iac. d. c.1. nu.*14. *Apost. Ad. Eph. c.2. num.* 3. *Eccl. c.* 23. *num.* 6. quorum expletio ipsa carnis dicitur vita, quia ex huiusmodi delectatur, & viuit actibus, nam viuentis vita ipsamet est exsuscitatio actus à naturali potentia substantiæ illius, cuius ille, & illa dicitur actus, & vita, illorumq; ad actum deductio ipsa carnis dicitur prudentia, quia, sicut ex actuum eorum frequentia, quæ ab extra in nos aduenimnt; prudentia comparatur, sic simplex vsus eorum, quæ naturaliter ab ipsa proueniunt substantia, prudentia dicitur, quia natura ipsa in huiusmodi pro habitu habetur, & deseruire dicitur, iste propterea appetitus, seu voluntas carnis, carnis quoq; dicitur stimulus, quia carnem stimulat, & agit ad eius naturales explendos actus, qui cum fuerint consummati peccata dicuntur, & sunt verè, quia verè homini peccatum est puros carnis explere actus, & secundum puram viuere carnem, quia Deus non puros nos fecit animales, vt secundum carnem, qualiter pura animalia viuunt, viuere deberemus. *Pet.* 2. *c.2. num.* 12. *Iud. sua vnica num.* 10. *Apost. ad Rom. d. c.* 8. *num.*8. 12. 13. sed secundum se nos vestiuit virtute ad suam nos faciens imaginem, & similitudinē, vt secundum hanc, quam nobis indidit præexcellentem, viueremus, formam, & nosmet in omnibus nostris præexcellentes exhiberemus actibus, & in omni vita nostra. *Eccl. c.* 33. *num.* 23. *c.*31. *num.* 10. facta propterea carnis, quę & eius vita dicuntur, hominis, vt dictum fuit, peccata esse dicuntur, & sunt verè. *Eccl. c.*17. *num.*30. *c.*14. *num.*

20.

20. *Iac. d. c. 1. num.* 14. *&* 15. *Apost. ad Rom. c.* 8. *num.* 7. *Ad Gal. c.* 5. *num.* 19. 20. *&* 21. iste propterea carnis stimulus, stimulus quoq; & peccati dicitur, quia actus, ad quos agendos nos stimulat, verè homini sunt peccata, peccatum verò, cum statim ac consummatum fuerit, generet mortem, mortis quoq; etiam stimulus dicitur, nam verè per carnem peccamus, & per peccatum morimur. *Apost. p. ad Cor. c.* 15. *nu.* 55. *&* 56. *secunda ad Eosdem. c.* 12. *num.* 7. *Ad Rom. c.* 6. *num.* 23. *c.* 8. *num.* 8. *&* 13. Cumq; rursus qui nos peccare tentant, satanæ officium gerant, iste pariter peccati stimulus, quia nos peccare tentat Angelus quoq; satanæ dicitur *Iac. d. c.* 1. *nu.* 14. *&* 15. *Apost. secunda ad Cor. d. c.* 12. *num.* 7. sicut ergo impium proferet verbum ille, qui Deum nostræ in nobis stimulatorem diceret esse carnis, quia sic dicens eum stimulatorem diceret esse peccati, & Angelum satanę, cum certo sciamus, quod ille non solum intentator sit malorum, sed quod etiam neminem tentari permittat supra id, quod potest, immò & cum tentatione faciat prouentum, vt sustinere valeamus, sed re à propria quilibet tentatur concupiscentia abstractus, & illectus: deinde cum concupiscentia intra propriæ substantiam carnis naturales suos proferre præconceperit actus, peccatum concipere dicitur, quia illius actus in nobis hominibus peccata sunt, quæ, cum consummata fuerint generant mortem, *Iac. d. c.* 1. *nu.* 14. *&* 15. *Apost. p. ad Cor. c.* 10. *num.* 13. *Pet.* 2. *c.* 2. *nu.* 9. cum alijs superius citatis: sic & adhuc deterius erraret ille, qui Deum actuum nostræ diceret in nobis esse operatorem carnis, quia sic dicens diceret eum nostrorum esse operatorem peccatorum, quia actus carnis in nobis hominibus sunt peccata, caro propterea Deo dicitur esse inimica, est verè, quia in ea habitat peccatum, quod Deo est pænitus inimicum, quia Deus est semper sanctus, & iustus in omnibus operibus suis. *Apost. ad Rom. d. c.* 8. *num.* 7. 8. *c.* 7. *num.* 17. *&* 20. *Eccl. d. c.* 13. *num.* 30. *Psal.* 144. *nu.* 13. *&* 17. *Sap. c.* 1. *num.* 12. *&* 13. *Pet.* 2. *c.* 2. *num.* 9. *&* *P. ad Cor. c.* 10. *nu.* 13. Respondebunt forsan, quod ipsi non affirmāt, quod Deus puros hos in nobis carnis actus, prout à pura sibi inimica emmittuntur carne operetur, quia negari non potest, quod huiusmodi actus in nobis, qui rationis participes sumus, peccata verè sint, ne hoc dicētes etiā dicere videamur quod illos in nobis operans Deus, ex prauis nostris à se in nobis operatis operibus, nos quoq; peccare fecerit, sed quos, & quales nostram decent humanam naturam, idest recta cum ratione emmissos, & operatos, quia respondemus, quod sic aientes

sibi-

sibimet ipsis aduersantur, cum absolutè affirment, quod negare intẽdunt, quia si Deus hos recta cum ratione emmissos in nobis operatur actus, & actus recta cum ratione emmissi non physici, sed morales sunt, eo quia refrænare, & moderare actus carnis, non ipsius est carnis, seu animalis naturæ, quia caro, & animalis natura neq; percipit, percipere nec potest ea, quæ sunt hominis, & humanam decent naturam, neq; recta cum ratione agit, agere nec potest, alias bruta percIperent ea, quæ sunt hominis, & recta cum ratione agere possent contra tradita ab *Apost. ad Rom. d. c.* 8. *num.* 5. 6. 7. *&* 8. *P. ad Cor. c.* 2. *nu.* 14. sed hoc ab ipso spiritu prouedit, & pendet, quippè qui horum particeps est, hoc *Apostolo ad Rom. d. c.* 8. *num.* 13. attestante, dum ait: *si spiritu facta carnis mortificaueritis*, ea videlicet refrænando, & vti conuenit moderando, viuetis: *si autem secundum carnem vixeritis moriemini*, quia per carnem peccamus, quia facta illius sunt peccata. *Ad Gal. c.* 5. *num.* 19. 20. *&* 21. & per peccatum morimur, quodq; ita se habeat, patet etiam ex eodem *capite* 5. *ad Gal. num.* 16. vbi nos erudiens Apostolus qualiter facta carnis mortificare valeamus, ait: *spiritu viuite, & facta carnis non perficietis*, quia spiritus noster carni, & caro spiritui nostro perpetuò aduersatur, & ad inuidiã concupiscunt, *Iac. c.* 4. *num.* 4. *&* 5. *Apost. ad Gal. d. c.* 5. *num.* 16. 17. ideò intelligimus, quod mente, & spiritu legi Dei seruimus: carne verò legi peccati, & mortis. *Apost. ad Rom. c.* 7. *nu.* 25. *c.* 8. *nu.* 7. 8. *&* 13. Si ergo carnis actus nobis, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum, & rationem viuere debemus, verè peccata sunt, quia per illos non Deo, sed peccato seruimus, ac morti fructificamus, præfatosq; carnis mortificare, & euitare actus non ipsius est opus carnis, seu sensibilis naturæ, quia nullum agens contra semet ipsum agit, sed animæ nostræ rationalis est, cui præsidens voluntas, quippè quæ sui liberi tenet imperium arbitrij, quo in omnibus sibi morem gerens ad sui libitum operatur omnia, quidquid consequenter agit, non physicum, sed morale sit consequens est, quia ex electione est *Eccl. c.* 15. *nu.* 14. *&* 17. Aut ergo volunt, quod præfatas carnis operationes in nobis operetur Deus, & de Deo, vt suprà, male sentire dicerentur. Aut volunt, quod in nobis eas operetur operationes, quę, & quales humanam nostram decent naturam, & secundum ipsam sunt rationem, & cum huiusmodi operationes non physicæ, sed morales sint, in sua consequenter inconstantes, & contrarios se exhiberẽt sententia rursus destruentes, quod prius ædificauerant. *Apost. ad Gal. c.* 2. *nu.* 18.

Discussa

Discussa autem prima huius conclusionis parte, quantum ad præsentem saltem satis esse videtur materiam, ad aliam deuenientes affirmantem, quod moralia opera non à Deo, sed à nobismet ipsis sunt: & dicimus, quod si intelligamus de moralibus ijs, quæ ad vitia vergūt, per quæ & nos peccamus, & in hac parte firma, & indubitata manet huiusmodi conclusio, quia peccata non à Deo, sed à nobismet ipsis sunt, quia verè nos sumus, qui ea committimus, & nostram acquirimus perditionem in operibus manuum nostrarum, Deus enim neq; peccatum, neq; mortem fecit, nec lætatur in perditione viuorum, quia, vt sæpè dictū fuit, sanctus est semper, & iustus in omnibus operibus suis. *Sap. d. c. 1. num. 12. & 13. Ose. cap. 13. num. 9. & 14. & d. Psal. 144. nu. 13. & 17. Prou. c. 13. nu. 5. 6. c. 21. num.* 10. Similiter si de ijs loquamur moralibus, quæ ad mundanum hunc spectant acquirendum decorem, & gloriam, quæ, & qualia in antiqua floruisse legimus Romanorum gente, & ista pariter à nobismet ipsis acquiri posse concedendum est.

Si verò intelligamus de moralibus ijs, quæ hominem formant christianum, & catholicas pariunt operationes, ac ad æternæ proficiunt merita vitæ, & non à nobismet ipsis purè, sed à diuina præueniente gratia, nobis tamen cum ea cooperantibus prouenire dicuntur, nam si ea, quæ Dei sunt sine Deo scire non possumus, ea similiter neq; operari poterimus, quia principium rei rectè agendæ ipsa est illius rectè agendæ præcognitio vera, alias rectè agatur impossibile est, etsi, quę Dei sunt ex puro, & gratuito Dei in nos proueniunt dono, non etiam à nobismet ipsis, sed à Deo sint, consequens est, alias eius pura, & gratuita dici non possent dona. *Apost. ad Rom. c. 9. num. 12. 15. & 16. c. 11. num. 6. c. 12. num. 6. 7. & 8. P. ad Cor. c. 2. num. 11. & 12. Ad Eph. c. 2. num. 8. 11. 12. & 13. c. 4. nu. 7. 10. c. 1. nu. 16. & 17. Isa. c. 64. nu. 4. Sap. c. 9. num.* 17. sed forsan respondebunt dicentes: Nonne sumus nos, qui ex operibus nostris meremur? ita quidem: sed quis nobis hāc dedit merendi, & ad salutem opera committendi potestatem? nonne Deus? ita etiam: Hoc autem à Deo si accepimus, quid gloriamur, quasi, ea non acceperimus, sed propria nostra ea possideamus virtute? *Apost. 1. ad Cor. c. 4. num. 7. c. 1. num.* 27. 28. 29. & 31. Idem propterea. *Ad Philip. c. 2. num.* 12. & 13. Postquam nos adhortatus esset ad nostram cum metu, & tremore operandam salutem, ne ista Dei dona nostræ puræ attribueremus virtuti ait: *Deus est enim, qui in nobis operatur velle, & perficere pro sua bona voluntate, quæ bona, bene-*

nepla-

neplacens, & perfecta est, quasi diceret: Animaduertite Christiani viri ne propter hoc in superbiam erigamini, quia hæc non nostra, sed Dei est virtus, *quę est in salutem omni credenti: Nos quidem habemus thesaurum istum in vasis fictilibus nostris, sublimitas tamen huiusmodi virtus est Dei, non autem ex nobis, prout à nobis, quia ad hęc omnis sufficientia nostra à Deo est Apost. ad Rom. c. 1. num. 16. secunda ad Cor. c. 4. nu. 7. c. 3. nu. 5. c. 5. num. 5.* præcepta consequenter diuina, quæ & ipsa sunt huius moralia generis, dicit Deus: quod ipse est, qui sua præuenienti gratia facit, vt ea custodiamus, & ea quę sua sunt operamur *Ezech. c. 11. num. 19. c. 36. num. 27.* confiteamur ergo oportet quod moralia huius generis non absolutè à nobis, sed à Deo in nos proueniunt, licet & nos ijs quoq; secundum Dei cooperemur virtutem. *Apost. 2. ad Cor. d. c. 4. nu. 7. Ad Eph. c. 3. nu. 20.*

His sic dispositis reliquum tantumodo esse videtur, vt ea quę in contrarium facere videntur, si fieri poterit diluuantur. Et primò loco se nobis offert textus. *Apost. 1. ad Cor. c. 12. nu. 6.* qui dicit: *Quod omnia in omnibus operatur Deus*, cuius vniuersalitati quid respōdeamus, habere non videmur, quia omnia qui dicit, nihil omnino excludere videtur, verum si ille textus sic vniuersaliter, vt sonat, intelligendus esset, physicas non solum, sed morales comprahenderet operationes, quas tamen ipsi ab eo textu exceptas esse debere dicunt, cum illa non à Deo, sed à nobismet ipsis opere compleri dicant, hoc autē dicentes priores quoq; fuisse dicuntur, ab hac qui recesserint textus vniuersalitate. Si ergo textus ille secundum eos non de vniuersis absolutè loquitur operationum generibus, sed de omnibus vnius tantū generis, de quo etiam operum genere loquatur, & intelligendus sit textus ille, locus factus esse dicitur: & ratione, & auctoritate satis probatum esse videtur, quod loquatur de moralibus ijs, quæ ad spiritualem eam, quam superius diximus, pertinent vitam, non autem de physicis operibus nostris, prout ex superius à nobis adductis, & allegatis constare videtur, ad quæ, quatenus opus esset, habentur relatio, ne eadem denuo inani labore, & legentium tædio repetantur, nam quod nos verè simus, qui nostras operationes physicas operemur, vltra ea, quæ superius dicta fuerunt, expressum videmur habere textum. *Sap. c. 15. num. 11.* dicentem: Quod anima illa, quam in nobis inspirauit Deus, est illa, quæ nostras in nobis operatur operationes, & vitam, & vitæ tribuit actus, *Gen. c. 2. num. 7. & 20. c. 3. nu. 11. 12. 13. & 17.* neq; nisi iniuria pręfatis textibus responderi poterit, quod non

de physicis, sed de moralibus tantum loquantur operibus, quia si iumenta, quæ vtiq; moraliter operentur impossibile est, quia anima rationali carent, tamen physicas à se ipsis operantur operationes, easq; operantes sibimet ipsis prodesse possunt, quia in se ipsis animam sensitiuam habent, quę per se mouetur, & agit. *Bar. c. 6. num. 67. Gen. c. 1. nu. 30. c. 6. nu. 17. c. 7. num. 15.* homo etiam phisicas suas possit oprari, & operetur, operationes, consequens est, quia in illis operandis ipsis non est inferior iumentis, esse nec conuenit. *Eccles. c. 3. num. 19.* ex his consequenter intelligimus, quod anima nostra si per se operatur, non ea tamen, quę Dei, & supra suam sunt naturam operetur, ea ergo tantumodo, quæ sibi conaturalia sunt, à semetipsa operetur, consequens est, quia si ea tantum percipit, quæ suæ sunt propria naturæ, non quæ supra illam sunt, illa etiam nec à se ipsa operetur, consequens erit, quia supernaturalium agendorum principium, & ratio ipsorum est agendorum cognitio recta, sine qua rectè agantur, impossibile est, quia ad ignota nostra nec etiam fertur voluntas. *Isa. cap. 64. num. 4. Apost. 1. ad Cor. cap. 2. num. 11. & 12. Sap. cap. 9. num. 13. & 17. cap. 8. num. 4. & 6.* consequenter textus ille *Sap. d. cap. 15. num. 11.* non de his, quæ Dei, & supra nostram sunt naturam, sed de merè naturalibus nostris loquatur, & intelligendus sit, consequens est: cum verò è contra de moralibus ijs, quæ ad spiritualem nostram faciunt vitam sacra loquitur scriptura, qualis est ipsa recta in Deo præceptorum operatio, non dicit, quod sit anima nostra, quæ illa à se ipsa ad suæ prouentum salutis operetur, sed in persona Dei hoc nobis pandens mysterium, ait: ego ipse infundam in visceribus vestris spiritum meum; (qui, quæ mea sunt scit, & operatur. *Sap. d. c. 9. nu. 13. 17. & 18. c. 8. nu. 4. 6. & 21. c. 10. nu. 10. Apost. 1. ad Cor. c. 2. num. 11. & 13.*) *& faciam, vt in pręceptis meis ambuletis iudicia mea custodiatis, & quę mea sunt operemini. Ezech. d. c. 11. nu. 19. c. 36. nu. 27.* nam etsi *thesaurum istarum operandarum rerum habeamus in vasis fictilibus nostris, sublimatas tamen huiusmodi non nostra, sed Dei est virtus. Apost. 2. ad Cor. d. c. 4. nu. 7. Ad Eph. c. 3. nu. 17. 18. & 19. secunda ad Philip. c. 2. num. 13.* ex quibus nobis satis inotescere potest quod *Apost. d. c. 12. nu. 6. P. ad Cor.* loquitur de moralibus ijs, quę ad vitam spiritualem faciunt, non de puris naturalibus nostris, vt ipsi dicunt, quia anima nostra illa per se operatur, quod tantò liquidius clarescit ex eiusdem textus inspectione. Nam ibi Apostolus nobis proponens de qua esset tractaturus materia, ait: *Nolo vos ignorare de spiritua-*

ritualibus & c. *Ideò vobis notum facio, quod nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesu, & nemo potest dicere Dominus Iesus; nisi in Spiritu Sancto:* Si ergo non, nisi in Spiritu Sancto huiusmodi etiam non nostra, sed Spiritus Sancti sit virtus ea in nobis loquentis, & operantis. *Mat. c.10. nu.20. Act. Apost. c.2. num. 33. c.19. nu. 10.* eumdemq; prosequens sermonem ait: *Diuisiones verò gratiarum idem autem spiritus(qui eas diuidit secundum mẽsuram donationis suæ, vt ibidem nu. 11. & ad Rom. c.12. nu.3. & ad Eph. c.4. num. 6.)* Ad prefatam deinde descendens sententiam de qua noster est sermo, ait: *Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui* (quæ diximus supra spiritualia videlicet) *omnia in omnibus operatur*, de quorum operationum genere suum prosequens sermonem ait: *Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritum* (non ipsorum certè, sed Dei, cuius est donũ) *datur sermo saapientię. Alij verò sermo scientię secundum eumdem spiritum* (Dei videlicet) *Alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatum in vno spiritu. Alij operatio virtutum. Alij prophetia. Alij discretio spirituum. Alij genera linguarum. Alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia*, de quibus videlicet superius est habitus sermo, *operatur vnus, & idem spiritus Dei diuidens singluis prout vult*, quia illius sunt gratuita dona non autem nostræ physicæ operationes. *Dan. c.2. num.19. 20. 27.28. Sap. c.8. nu. 20. Prou. c.2. nu. 5. & 6. Apost. ad Eph. c.2. num. 8. & alijs superius citatis:* ex quibus manifestè patet, quod Apostolus in textu illo de merè spiritualibus loquitur, quæ omnia asseueranter affirmat à Deo in nos ex gratia prouenire, & ad ea operanda nos per Spiritum Sanctum suum excitante, *hi propterea, qui spiritu Dei aguntur, verè filij Dei eße dicuntur Apost. ad Rom. c.8. nu.8.9. & 14. cum alijs superius citatis.* Nam institutum Apostoli in scribendo non fuit, vt mundana, terrena, & physica traderet, sed spiritualia tantum, *quæ à Deo accepisse dixit ad Ecclesiæ suæ ædificationem, quæ Christi est corpus, cuius quiẽ eius membra sumus Apost. 1. ad Cor. c. 14. nu. 12. & 36. Ad Gal. c. 1. nu. 11. & 12. Ad Eph. c. 1. nu.23. c.4. n. 11. & 16. & ad instituendũ, & perficiendũ hominem Dei, in quo certando se laboraße dicit secundum operationẽ Dei. Ad Colos. c.1. nu. 28. & 29. c.2. n.19. et 20. c.3. n.1. et seqq. vsq; ad 16. Ad Gal. c.3. nu.5. c.4. nu.19. Ad Eph. c.2. nu. 10. 21. et 22. c.3. nu. 15. 16.23. et 24. c.4. nu. 11. et seqq. vsq; ad 17. P. ad Cor. c.5. num. 16. 24. et 25. c.6. nu. 19. c.7. nu.40. secunda ad Eosdem c.5. nu. 15. 17. et 18. c.6. nu. 16. et passim per omnes suas epistolas,* quod tanto loquacius *d. c. 12. P. ad Cor.* manifestum fieri dicitur, quia sicut ibi loquitur de diuisio-

uisionibus gratiarum &c. deq; diuisionibus ministrationum ecclesiæ, per quas illa ędificatur, regitur, & gubernatur, quæ ad spiritualem membrorum eius pertinent vitam: sic ibidem de diuisionibus loquẽdo operationum, de ijs pariter loqueretur, quę ad spiritualem spectarent profectum nostrum, ratio exigere videbatur, verum cum communis omnium sit opinio, quod vniuersalitas textus illius ad alia etiam pręter ea, quæ superius diximus, trahenda sit, quis ideò sit germanus textus illius sensus indagemus oportet, & cum loquatur de diuisionibus operationum, quæ à Deo fiunt, diuisionesq; operationum à Deo factæ fuerint, & fiant in ipsa potentiarum constitutione singulis infusarum indiuiduis sub qualibet contentis specie, quæ potentiæ dictis specierum indiuiduis à Deo assignatę fuerunt pro certa, atq; inuiolabili lege, & forma operandi vltra, & citraquam, sicut cuiuslibet potentiæ facultas suam excedere nec potest operandi virtutem, sic indiuiduum quodlibet agens speciei illius suam excedat operationem impossibile est, quia sicut in ipsa facultatum diuisione potentiæ illi non est à Deo data vberior operandi virtus, sic in ipsa operationum diuisione agenti illi, in quo dicta est infusa potentia, à Deo non est data vberior operum operandorum mensura: qui ergo operis qui operandi legem, & formam statuit, atq; decernit, *is illud operatus fuisse dicitur opus Io. c. 19. num. 1. & 10. iuncto Mar. c. 15. num. 15.* & qui operanti sensum infundit operandi, *simul & artifex operis illius, & illud operatus fuisse dicitur Sap. c. 8. num. 4. 6. & 5.* sic Deus legem, & formam, & sensum operandi naturalibus per potentiam illis infusam tribuens agentibus, & operum illorum artifex, & illa operatus fuisse, & operari dicitur omnia: sicut, & ea, quę fuerunt, sunt, & erunt omnia, ab ipso creata fuerunt, & creantur omnia Deo, *& ipse vbiq; est, & implet omnia: ex ipso etiam, in ipso, & per ipsum dicuntur esse, etiam sic, vt supra, operari dicitur illa Apost. ad Rom. c. 10. num. 36. 1. ad Cor. c. 8. num. 6. Ad Eph. c. 4. nu. 6. Ier. c. 23. num.* 24. non propter hoc tamen ea infirmantur, quę à nobis superius dicta fuerunt, quod dicta nempè agentia, in quibus pręfatæ insunt potentiæ physicas suas positiue à se ipsis operentur operationes, quia vtrumq; prædictorum in proprijs terminis verum est, dictæ similiter potentię sic, vt supra, infusæ etsi ex ipso in ipso, & per ipsum moueri dicantur, propter hoc tamen non desinit esse verum, quod & illę positiuè per se moueantur, operentur, & viuant. *Act. Apost. c. 17. n. 28. Gen. c. 1. n. 30. Ier. c. 2. n. 13. c. 15. n. 19. Bar. d. c. 6. n. 57. Apost. 2. ad Cor. c. 1. n. 17.* & passim per vniuersa scripturæ

loca

loca. Harũ verò medio diſtinctionũ prefatis amoris dificultatibus non ſolum in prædictis phyſicis operationibus, ſed & in moralibus res ſic, vt ſupra, de plano procedere diceretur, niſi aduerſus iſtas noua rurſus inſurgeret non contemnenda dificultas, ex eo deſcendens, quod de noſtra aſſeueranter affirmatur voluntate, quod illa nempè ſub ſpecie boni nos ignoranter ad peccandum adducat, eo quia illa noſtræ ſit mentis cęca potentia, quo pro verò conſtanter ſuppoſito, cum illam nobis dederit Deus pro noſtro libero agendi principio, ſine quo liberè agamus impoſſibile eſt, quia in ea noſtri vis, & libertas reſidet arbitrij, noſtra vtiq; peccata non à deliberata noſtræ dicerentur procedere deliberatione voluntatis, ſed ab illius caliginoſa cęcitate nos ſub ſpecie boni ad peccãdum ignoranter adducente, à quorum cæca, nugaciq; perpetratione deceptæ voluntatis tota perpetrantis excluderetur malitia, tamquam cauſata à mera cæcitate, & ignorantia. *Io. c. 9. num.* 41. & ab illorum euitatione omnis excluderetur virtus, meritum, & gloria, quia non virtutis amore effugata, ſed fortuito declinata *Ecclеſ. c.* 31. *nu.* 10. *Apoſt.* 1. *ad Cor. c.* 4. *nu.* 20.

Voluntas ergo ſi à nullo cogi poteſt, quoniam abſolutam operandi libertatem habet, & in alterutram, quam mauult, libere poteſt inclinare partem, vtiq; ſi cæca eſſet, & ſub ſpecie boni, ad quod ſua inhiat natura, deludi poſſet, de nobis etiam actum fore pronunciari poſſe videretur, quia, vt piſces, omnes caperemur hamo. *Eccleſ. c.* 9. *num.* 12. etſi vnus eſt interitus hominis, & iumenti, & æqua vtriuſq; conditio, quia ſicut moritur homo, ſic & illud moritur, vterq; ſimiliter ſpirat, & nihil habet homo iumento amplius in hoc mundo, cuncta ſubiacent vanitati, & pergunt ad vnum locum: de terra facta ſunt, & in terram reuertentur, ſi etiam, vt iumentum habet, haberet homo ſuum agendi principium, in quo homo ab ipſo diſtaret iumento? *Eccleſ. c.* 3. *num.* 19. *&* 20. *c.* 12. *num.* 7. *&* 13. Verum an verè cæca ſit inquiramus, oportet.



An nostra re vera sit cæca voluntas.

Cap. III.

AD veracem igitur, vt peruenire valeamus propositę quęstionis resolutionem à veracibus eam educamus principijs, necesse est, veracius autem cum nullum possit omnino inueniri principium ad hanc educendam veritatem, quam ipsũ Dei testimonium, quoniam non verax sit impossibile est. *Io. c.3. num. 33. c.17. num. 17. & sua p. c.5. nu.9. Num. c.23. nu.19. APost. ad Heb. c.6. nu. 18. Isa. c.34. nu. 16.* à diuinis ergo eam educamus principijs necesse est, hoc autem, vt rectius fiat, distinctè, & ordinatè præsens quęstio disponatur, oportet. In primis igitur de qua voluntate in hac quæstione senserint, & sentiant, de ea qui disputant, determinandum videtur, ne alteram pro altera quis sumens in aliquam inducatur fallaciam, seu deceptionem, quia in humano composito nostro ex duabus constante substantijs materiata videlicet, & immateriata: carnali, & spirituali alia est voluntas ipsius carnis. *Apost. ad Eph. c.2. num. 3.* alia est voluntas spiritus nostri intellectiui. *Apost. Ad Philem. num. 14.* voluntas carnis, quæ propriori vocabulo, vt in tertia quæstione dictum fuit, concupiscentia appellatur, quæ facultas est in ipsa naturaliter insita substantia carnis, cuius appetitionis ductu ipsa caro ad ea bona, quę suæ sunt propria naturæ, actu haurienda, degustanda, ac opere complenda suapte natura fertur, quorum actualis operatio suę est viuentis formalitas substantiæ, atq; naturæ: caro verò cum ea tantum percipiat, quę suæ sunt propria naturæ, & sub ipsis cadunt sensibus, ea verò, quæ Dei, vel hominis sunt propria, non percipiat, percipere nec valeat, quia gradui suæ sunt superiora naturę, & ab ea pęnitus aliena, ideò ad ea cognoscenda, seu percipienda transendat, impossibile est, alias caro, vel caro non esset, sed alia sublimior substantia, vel propria carnis concupiscentia, seu ipsius agẽdi facultas extra ipsius sita esset substantiam carnis, quę ambo in ipsa essent absurda natura, ea ergo, quæ suo sunt superioris gradus naturæ, ignoret, & ad ea percipienda cæca sit, consequens est. *Apost. ad Rom c.8. nu.5.6.7 P. ad Cor. c. 2. nu. 14.* si ea autem non percipit, & suæ ductu naturalis facultatis non appetit, ea etiam sua propria perficiat virtute, & natura, est quoq; impossibile, quia potentia, vel substan-

stantia vna non potest actus, & operationes alterius producere subātiæ, & tanto magis naturæ suæ superioris gradus, vel sibi exaduerso contrariæ. *Mat. c.7. num.* 18. *c.*12. *num.*33. *Luc. c.6. num.* 43. *Iac. c.*3. *num.*11. & 12. *c.*4. *num*,5. *Apost. ad Gal. c.* 6. *num.* 16. Si ergo ita est, prout est verè, quod ea, quæ suæ sunt superiora naturæ non percipit, non appetit, non operatur, nec percipere, appetere, nec operari potest, sed ea duntaxat bona, quæ suæ sunt subiecta, & propria naturæ, quorum perfruitio eius propria dicitur, & est vita, quia nil aliud est vita, verè, quam eorum perfruitio bonorum, quæ naturaliter ab ipso appetuntur viuente, bona verò, ex quibus ipsa delectatur, iucundatur, & viuit caro, eiusdem sunt opera carnis, quæ menti nostræ, quæ spiritus est, re vera sunt peccata, nam si lex carnis legi mentis nostræ, qua Deo seruimus, facto repugnat, & repugnare seruire Deo, peccatum est, legi consequenter repugnans mentis nostræ nos docenti, & ducenti seruire Deo, nobis, quod peccatum est, suggerit, & per viam nos ducit, & docet gradire peccati, sic docens, & ducens in lege nos captiuat peccati, suoq; nos ductu peccato, & morti seruire facit, per carnem enim verè peccamus, & per peccatum morimur. *Apost. ad Rom. c.7. num:*23. & 25. *c.*8. *num.*7. & 13. *Ad Gal. c.6. num.*16. 19. 20. & 21. Et tandem si nequius quidquam excogitari potest, quam ipsa excogitet caro. *Eccl. c.*17. *num.* 30. quia dum in se ipsa ea, quæ à propria sua naturaliter procedunt agendi facultate, concupiscentia dicta, ex se præconcepit emmittere opera, peccatum concipere dicitur, quia, vt dictum est, opera eius peccata sunt, cum autem ea actu ex se emisserit, peccatum consummasse dicitur, peccatum verò cum consummatum fuerit, generet mortem; quia vt dictum est, per carnem pecamus, & per peccatum morimur. *Iac. d. c.*1. *num.*14. & 15. *Apost. ad Rom. d. c.* 8. *num.* 13. *Eccl. c.*21. *num.* 3. & 4. Propter hoc caro Deo dicitur esse inimica, & legi eius non esse subiecta, esse nec posse, quia Deus spiritus est, cui in spiritu, & veritate seruimus, ac seruire debemus, & lex eius est & ipsa spiritualis, cui lege mentis nostræ obtemperantes sumus, quia & mens nostra spiritus est, & lex eius spiritualis est. *Apost. ad Rom. c.*8. *num.*5.6. & 7. *c.*7. *nu.* 14. *et* 25. *Io. c.*4. *num.* 24. *Eccles. c.*12. *num.* 7. *Gen. c.6. num.*3. 12. *et* 13. caro verò est merè materialis, & natura corruptibilis, & lex eius sensualis, & legi mentis nostræ perpetuò repugnans, & contraria. *Apost. ad Rom. d. c.7. nu.* 23. *et* 25. *P. ad Cor. d. c.*2. *num.* 14. *Ad Gal. d. c.6. num.*16. ex quibus cum manifestissime pateat, quod voluntas carnis adea,

quæ

quæ Dei, & hominũ ſunt, capeſſenda ſit potentia omninò cæca, quia natura eſt eorũ omniũ percipiendorũ incapax, ea verò, quæ ſua ſibi ſunt natura bona, homini, vt dictum fuit, ſint peccata, hominem conſeqenter ad ea perfruenda alliciens cum ſub ſpecie boni alliciat, oportet, quia re vera ſibi bona ſunt, eumq; ignoranter ad peccandum etiam adducat, conſequens eſt, quia ea eſſe peccata nullo modo ſcire poteſt, vt ex ſuperius allegatis manifeſtè patet. Ideò præmiſſam qui ſtatuerunt concluſionem, ſi de voluntate carnis ſentiunt, optimè loquuntur, ſin: non ita, vt arbitramur, prout ex infradicendis manifeſtabitur, mentis enim muſcipula ipſa eſt appetitio carnis, vt infra. Voluntas verò mentis, ſeu ſpiritus intellectui noſtri præcipua eſt hominis agendi facultas in mentis eius inſita ſubſtantia, qua ea, quæ eius ſunt propria, operatur, quia ſicut nemo nouit ea, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt homine *Apoſt. 1. ad Cor. c. 2. num.* 11. ſic ea, hominis, quæ ſunt verè, nulla alia agendi facultas, ſeu potentia agit, quam ipſa mentis ſuæ voluntas, quia illa, vt dictum eſt præcipuum eſt humanarum rerum agendarum principium in ipſa mentis humanæ ſubſtantia naturaliter à Deo inſitum, cuius libero arbitrij ductu ea, quæ ab ipſa naturaliter poſſunt ab extra procedere mente, opere perficit, quoniam ſumma, ac libera in ipſa præſidet arbitra mente, eo quod illorum omnium agendorum liberum, ac abſolutum à Deo obtinuerit imperium. *Eccl. c.*15. *num.*14. *et* 18.

Hæ autem duæ carnis, & mentis ſubſtantiæ, etſi in hoc humano compoſito noſtro ſimul colligatæ in vnò maneant ſuppoſito, ita, vt ambę ſic in eo vnitę tantumodo vnus ſint homo, vt ſuprà, in hac tamen vnitate vna in aliam non tranſmutatur, neq; inter ſe confunduntur, ſed earum quælibet in ſua retinet ſubſtantia propriam facultatem, naturam, & vires, nam caro ex eo quod in humano maneat compoſito, non deſinit eſſe caro, nec ſubſtantiæ ſuæ facultatem naturam, & vires ammittit, mutat, alterat, vel diminuit, ſed in eo ex carne quod eſt, caro eſt verè, & quod ex ſpiritu eſt, ſpiritus eſt verè, licet ſpiritus in ipſa imerſus carne, in ea tamquam in obſcuro concluſus carcere, quaſi abſconditus maneat, egeatq; ſenſibus ad haurienda ea, quæ extra ſe poſita ſunt, atq; ſub pondere carnis ſuas difficilius exerceat operationes. *Gen. c.6. nu.* 3. 12. & 13. *Io. c.3. num. 6. Pſal.* 141. *num.* 8. *Sap. c.9. num.*15. Si ergo iſta mentis noſtræ voluntas, facultas eſt, ſeu virtus liberè agendi à Deo nõ in ipſa quidem naturaliter inſita ſubſtãtia carnis, quoniam naturalis illius non eſt pars, ſeu facultas, ſed bene in ipſa

ipsa spiritus nostri intellectiui substantia, qui in vna hypostasi in humano hoc cum carne nostra copulatus manet composito, & spiritus iste sua propria aptus natus est percipere virtute, & potentia omnia, quę hominis sunt propria, quoniam in se ipso relumen est. *Apost. 1. ad Cor. c. 2. num. 11.* & ipsa facultas, & virtus illius sunt partes indiuisibiles substantiæ, cuius dicuntur esse facultas, & virtus, consequenter etiam voluntas, quæ in hac spiritus nostri intellectiui substantia, quæ lumen est, eius tamquam natiua inest facultas, non cæca, sed videns sit, ipsa postulat ratio, quia substantia nulla in se ipsa sibi repugnans, vel contraria esse potest, ideò si lumen, & videns est, cæca sit, impossibile est, quia videre, & cæcum esse: esse lumen, & tenebra cum sint sibi exaduerso contraria, se quoq; inuicem tollant, consequens est, se autem inuicem tollentes in eadem simul inueniantur substātia impossibile est. Neq; huiusmodi tolleretur obiectio, si dicerent, quod non sentiant, neq; affirmant, quod tota re vera spiritus nostri intellectiui substantia cæca sit, sed sola voluntas, quia si tota illius substantia, vt dictum fuit, videns, & lumen est, impossibile est etiam, vt vlla illius pars cæca, vel tenebra sit, quia totum ex singulis suis componitur, & constat partibus, ideò si totum hoc quod mentem appellamus, lumē est. singulę quoq; partes, ex quibus totum hoc componitur, sint lumē consequens est, vel saltem, quod singulæ partes, quę in hoc sunt compręhensæ toto, quod lumen est, in ipso & ipsæ huius sint totius compræhensæ lumine consequens est, quod etiam in materiatis viuentibus manifestè conspicitur corporibus, quę dumodo in eorum eminētiori parte, capite nempè oculata sint, eorum nulla cęca dici potest pars, licet & ipsa in se oculos non habeat, quod tum auctoritate diuina comprobatur *D. N. Iesu Christo. Mat. c. 6. nu. 22. & Luc. c. 6. nu. 34. dicente: oculus tuus lucerna est corporis tui, si ergo oculus tuus lumen verè fuerit, totum corpus tuum luminosum erit:* nam licet corpus in omni sui parte oculos actualiter non habeat, propter hoc tamen neq; vlla eius pars cęca dici poterit, non enim ad lapidem pedes, licet nō oculati, impingent, neq; manus, licet non oculatę, attrectabunt, neq; ipsum corpus non oculatos ad parietem impinget pedes, neq; non oculatas attrectanter porriget manus, quia vno oculorum lumine, & totum corpus, & singulę eius illuminantur partes, sic nec ipsum, nec vlla illius pars cęca dici poterit, nisi summa iniuria, nam quemadmodum improportionabiliter homo vocaretur claudus oculo, quia oculo non ambularet, sic, & cæcus pedibus, quia in pedibus oculos non

haberet, quia omnia membra simul cohærentia vnum tantum sunt corpus, dumodo ergo oculos videntes in sui apposita parte locatos habeat,neq; ipsum corpus,neq; vlla illius pars cæca dici poterit,nam qui nos creauit, oculos, nostrum qui sunt lumen, non in abscondito in arca, vel sub modio reposuit, sed in eminentiori nostri corporis parte, capite nempè,vt lumine suo omnibus, qui in domo sunt, idest omnibus in humano hoc nostro compræhensis corpore eluceſſerent membris. *Mat. c.5. num.15. Mar. c.4. num.21. Luc. c.11. nu.33. & 34.* quia in corpore nostro nullum schisma, nulla contrarietas, sed in inuicem sunt sibi solicita membra, nec pes potest dicere oculo:tua non illuminor luce, tua non dirigor claritate, cæcus ergo existens impingam, quia ab oculo, & vniuersum corpus, & singulæ eius illuminantur partes ad eorum naturale adimplendum ministerium. *Apost. 1. ad Cor. c.12. nu.21.* sic, ac multò magis, & mentis nostræ substantia erit, in qua licet intellectiua à voluntatiua portione mente distinguatur, ab inuicem tamen quantum iota est vnum re numquam distrahi possunt, ita vt ne minimo quidem momento ab altera altera distare, in aliauè parte,vel situ alterius possit esse locata substantię, quia sicut harum substantia facultatum vnum est indiuisibile sine longitudine, latitudine, altitudine, profunditate ità, vt nulla sit omninò dimēsione capax,sic vnus est facultatum illius nō dissonus, sed harmonicus ipsarum operationum concentus, ità vt inter videntes cęca existens eis contraria contrarias producat actiones, quia inter contraria nulla harmonica potest omninò esse consonantia. Hominibus enim creauit Deus scientiam spiritus, & sensu impleuit cor eorum, & ostendit illis bona, & mala super quemq; insigens lumen vultus sui, & in manu omnium signans, ità vt singuli noscerent opera sua. *Eccl. cap. 17. num.6. & 7. Psal. 4. num.7. Psal.66. nu.2. & 3. Iob. c.37. num.7.*

Si ergo humana voluntas naturaliter in ipsa est insita substantia intellectiui spiritus nostri,& consilium huius spiritus intellectiui in libera posuit potestate voluntatis nostræ Deus,vt ex ibi consultatis,quod sibi magis placeret, eligeret. *Eccl. c. 15. num. 14. & 17.* illa etiam non cæca sit, necesse est, si enim cæca esset, quomodò, quod sibì magis placeret, eligere posset, si inter comparanda non distingueret? nam certum est, quod aduerbium illud:magis: ibi positum, stat comparatiuè ad minus placitum, si verò inter vtrumq; distinguit, cæca non sit, consequens est, sicut, & ita sit, oportet, quia electio in eius à Deo posita potestate, est optimi. *Eccl. c.14. num.20. & 21. Ios. c.24.*

num.

num:15. 18. 19. 20. 21. 22. voluntati enim nostræ optionem non dedit Deus, vt quod peius, sed quod melius est, eligeret, voluntariè autem, & spõtè, quod melius est, eligens sibi æterna gloria esset, quod facere non posset, si cæca esset, quia sicut cæcus non iudicat de colore, quia color est obiectum visionis, sic de bono voluntas nostra iudicare non posset, si cæca esset, quia bonum est ipsius voluntatis obiectum, nec de bono inscienter operato vllam mereretur gloriam, quia operationes nostrę, vt gloriam, & laudem verè mereantur, à deliberata nostrę procedant electione voluntatis, necesse est, vt à deliberatione autem dicantur processisse voluntatis, ab eadem quoq; quę, & qualia sint, cognoscantur oportet voluntate, quia vbi non est cognitio, ibi nulla potest esse deliberatio, alias bruta, æquè ac homo, operando cum deliberatione operata fuisse dicerentur: cognita verò, & virtutis insuper amore operata fuerint necesse est. *Eccl.c.* 14. *nu.*21. *c.*31. *nu.*10. *Psal.* 53. *nu.*8. *Apost. ad Philom. c. vnico nu.*14.

Ridicula quippè res esset, immò deploranda, si verum esset, quod in ipso mentis nostrę ineundo consilio noster intellectus naturali sua intellectionis acie tot, tantisq; eniteretur propositam rem cribrare rationibus, vt ab omni tandem nugationis expurgata sorde ex ea elicitam memoriæ registrandam commendaret veritatem, si posttot, tantosq; labores, ex huiusmodi consultatione, quid deliberandum, & agendum esset ipsa huius tanquam suprema consilij arbitra determinaret voluntas, si verè cęca esset, & consequenter quid deliberandum, & agendum esset omninò ignoraret? ea vtriq; de re maioris argui posset stultitię intellectus, & memoria, dum suę viam salutis, & æternitatis cognitam viam cęcæ scienter committerent voluntati, à qua, cũ ęterna nostrę sint lumina mentis, se decipiendas esse ignorare non possent, si verò huic duræ dixerint natura esse subiecta necessitati, consilium sanctissimæ improperant Triadis dicentis *Gen. c.*1. *num.*26. & 27. faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Quænam enim humanę nostrę cum diuina posset esse similitudo volũtatis, si diuina tanquam veritatem, & bonitatem diligens, & perficiẽs semper, bona, beneplacens, & perfecta est, nostra autem tamquam cęca, & non cognoscens illam perficere recto non posset tramite? *Gen. c.*5. *num.* 1. *c.*1. *num.* 31. *Eccl. c.* 39. *num.* 21. & 39. *Apost. ad Rom. c.* 12. *num.* 2. *P. ad Thess. c.* 4. *num.*3. 7. *Ad Eph. c.* 1. *nu.*4. *c.*2. *num.*10. *Ier. c.*9. *num.* 24. *Mich. c.*6. *num.* 8. *Mar. c.*7. *num.* 37. *Psal.* 81. *num.*6. *Psal.* 93. *num.*1.

Cum præterea in humano hoc composito nostro Deus mentis nostrę voluntatem voluntati nostræ præposuerit carnis, eo quia ista non percipiat, percipere nec valeat ea, quæ Dei, & hominum sunt, quoniam suæ sunt superiora naturę, ad ea ideò capessenda sua est pænitus cæca natura, ea autem capessere non valens, ea nec agere valeat, cōsequens est, sed illa tantumodo, quæ suę sunt propriâ naturæ, idest carnalia, quę hominibus sunt peccata, quoniam diuinæ aduersantur legi, cui caro non est subiecta, esse nec potest, propter quod Deo dicitur esse inimica, cui cum lege mentis suæ seruiat homo, lege autem carnis suæ peccato, quæ carnis lex legi mentis nostræ sit pænitus contraria, & repugnans, ideò, vt homo non peccaret, sed sibi, vt debet, & in hoc ab eo creatus est, voluntariè seruiret, voluntatem inquam mentis nostræ voluntati carnis nostræ pręposuit, vt actus carnis, quæ sunt peccata, cohiberet, vt cum in carne potuisset transgredi, & peccare, & carnem, cui præest, mortificando sponte transgressus non fuisset, & non peccasset, sed ei voluntariè seruisset, ei esset æterna gloria. *Apost. ad Rom. c.8. num.* 5. *6. 7. & 13 d. c. 7 nu.23. & 25. P. ad Cor. d. c. 2. num.* 11. *& 14. c. 9. num. 27. Ad Gal. c. 5. num. 17. Eccl. c. 17. nu. 30. c. 31. num. 10. Iac. c. 1. num. 14. &* 15. Si autem, vt dicitur, ipsa quoq; mentis nostræ voluntas etiam cęca esset nostrę vtiq; voluntatē carnis à diuinæ præuaricatione legis, & peccato coercere non posset, sed ambo ex Christi sententia præuaricarentur, & peccarent, consequens esset. *Mat. c.* 15. *nu.* 14. dicentis: *si cæcus cæco ducatum pręstiterit ambo in foueam cadent,* etsi dictę voluntatis mentis nostrę cæcitate, vt præfati affirmant, verè ignoranter sub specie boni ad peccandum adduceremur, vel ex Christi sententia non peccaremus dicentis. *Io. c.9. num.* 41. si cęci essetis peccatum non haberetis: vel verè peccantes, vt re vera peccamus: cū non nos ipsi fecerimus nos, qui vt quemadmodum esse deberemus, faceremus nos, sed ipse fuerit Deus, qui, quemadmodum nos esse voluit, fecit nos. *Psal. 99. num. 3.* nos autem sic esse faciens, si pro nostro pręcipuo agēdi principio nobis contradicere non valentibus cæcā mentis nostrę dedisset voluntatem, cuius cęcitatis vitio re ignoranter sub specie boni ad peccandum adduceremur, quid ex huiusmodi resultaret præmissis, nisi forsan, vt quis pro indubitato intra semet ipsum supponens, quod irreparabiliter ad ignoranter peccandum raperetur homo in illorum damnatam inciderit opinionem, qui coactè se peccare putant? vel ob ipsam immutabilem voluntatis cæcitatem sibimet ipsi persuadens, quod eius imperio

perio frustra contenderet appetitiones suæ refrenare carnis, de sua desperans salute se ipsum impudicitiæ omninò tradiderit? cum tamē certissimo Dei nobis constet testimonio, quod illæ omnes nostræ ita subiugatę fuerunt voluntati, vt ad eius nutum, ei si placeret, dominaretur illis, Domino Cain *Gen. c. 4. num. 7.* dicente: Nonne si benè egeris recipies: sin autem male statim in foribus aderit peccatum? sed sub te, erit appetitus eius, hoc est carnis tuæ, & tù dominaberis illius: è contra verò si animæ tuæ concupiscentias carnis tuæ pręstiteris, facient te in gaudium inimicis tuis. *Eccl. c. 18. nu. 31.* Bonum enim, & malum facere ab humana nostra pendet voluntate, alterutrum ideò ad quod illa porriget manum, ei nullo pænitus, ac pænitus obsistente dabitur illi non equidem, vt mala faceret, sed vt, cum mala facere potuisset, & illa libenti animo facere dimisisset, & bona virtutis amore perfecisset, ob huiusmodi optimi optimam electionem, & operationem, esset ei ęterna gloria. *Eccl. c. 15. nu. 16. 17. & 18. c. 14. nu. 21. c. 31. nu. 10.* Deus enim absolutum nostrę tribuens voluntati imperium vniuersam non solum ei supposuit carnem, & omnes affectus eius, sed & nostræ etiam omnes potentias mentis adeò, vt eius placita nullus omninò auertere quiret, à quo absoluto imperio, & libera dominandi libertate hæc nostra non solum præsens mundana, sed & futura illa æterna pendet vita, quod nostra ergo eligerit, & voluerit voluntas dabitur illi; Domino hoc sic statuente, & illam ad hæc ità perficienda aptam formante: illa verò si cæca esset, nec mala reprobare, nec bona eligere posset, nam, vt diximus, sicut cæcus illum, vel illum non potest eligere, vel reprobare colorem, quia nec quis, nec qualis sit color, omninò distinguit, vel videt: sic cęca volūtatas illud tāquam bonum: illud tamquam malum eligere, vel reprobare non posset, quia quid, & quale esset bonum, vel malum, vel vbi sita essent nō distingueret, nec videret, neutrum consequenter videns, neutrum quoq; eligeret, vel reprobaret: etsi facto eligeret, vel reprobaret, eligere vtiq; posset facto, quod nollet, & reprobare, quod vellet: sibi sic eligenti, vel reprobanti, quoad huiusmodi facti reuocationem nō esset pœnitentię locus, quia quod factum est infectum fiat, impossibile est. *Gen. c. 27. num. 27. & seqq.* sic autem, quod nollet, eligens: & reprobans, quod vellet, quasi aduersus se pugnans se ipsam destrueret, destruens nec voluntas, nec libera dici posset, nostræq; humanæ dissoluta maneret perfectio mentis, frustraq; voluntati nostræ diceretur præcepisse Deus quod eligeret bona, & mala reprobaret: & illa vice-

uersa

uersa ab eo importabile recepisse iugum, eo quod ab eo sibi imperata nullo posset per se exequi modo aduersus ea, quæ nobis tradita sunt à D: N. Iesu Christo. *Psal.* 36. *num.* 27. *Psal.* 93. *num.* 20. *Eccl. c.* 17. *num.* 10. 11. *&* 12. *c.* 33. *num.* 23. *& dd. c.* 14. *num.* 21. *c.* 15. *num.* 16. 17. *&* 18. *Mat. c.* 11. *num.* 30. *Io.* 1. *c.* 5. *n.* 3. *Eccl. c.* 20. *n.* 3. 4. 16. *c.* 36. *n.* 16. 18.

Etsi Dei testimonio nostra potest voluntas, Deo vt seruiat, quod non sibi placet, eligere: & quod non vult, velle, & rectè, vt agat, sic faciat oportet. *Isa. c.* 58. *num.* 13. & huiusmodi sui ipsius abnegationis, vel reprobationis actus purus, & simplex est ipsius volũtatis actus, cõsequenter etiam cum voluntas præfatum absoluit actum, quid, & cur illum sic agat, intelligat, oportet, alias aduersus se ipsam non ageret, agere nec posset: hunc verò si intellectui vellemus tribuere actum, ipsũ vtiq; intellectum mutatis vicibus constitueremus voluntatem, vel ipse lumine suo intellectus ipsam omninò destrueret voluntatem, siq; sua eterna Deus sapientia omnia sic in ipsa constituerit natura, vt ingenio, & scientia qui plus valeret, illis preesset, & dominaretur, minori qui præditi essent cognitione; & doctrina. *Isa. c.* 32. *num.* 1. *Eccl. c.* 10. *num.* 28. *Prou. c.* 11. *num.* 29. *c.* 17. *num.* 2. Solam cur Deus voluntatem in tanta imperij constitutam sublimitate voluerit omninò esse cæcam, & omni pænitus carere cognitione, cum etiam bruta in ipsorum priuatis agendi principijs aliqua videamus calere cognitione, & ceca omninò non esse, vtiq; & preternaturale esse videtur, & nostro penitus imperceptibile intellectui, & maximè cum nobis constanter affirmet Deus, quod, lumine qui caret, offendat, & erret, oportet, offendens, & errans eterne subiaceat vltioni, & pænæ. *Io. c.* 11. *num.* 9. *&* 10. *Bar. c.* 3. *num.* 28. *Isa. c.* 5. *num.* 13. *&* 14. cum continuò tamen nostræ iusserit, & iubeat voluntati, quod non offendat, & non erret, caueat, sed in omnibus semper preexcellens sit operibus suis, quoniam ipse nullam ei omninò dedit, vel dabit ansam, vel occasionem peccandi, sed bona, & mala in eius libera posuerit potestate, in ipsius vberiorem glorie, & meriti acquisitionem. *Eccl. c.* 14. *nu.* 21. *c.* 15. *num.* 16. 17. *&* 18. *c.* 31. *num.* 10. *c.* 33. *num.* 23. *Sap. c.* 1. *nu.* 13. *&* 14. *Psal.* 5. *nu.* 5. *Iac. c.* 1. *nu.* 13. *Io. c.* 14. *num.* 21. *&* 23. *Isa. c.* 56. *num.* 4. *&* 10. *c.* 58. *num.* 6. *& seqq.*

Voluntas ergo si in homine est præexcelenter, & liberè agendi principium, & huiusmodi præexcellenter, & liberè agendi principium ipsa est rerum tum agendarum, tum fugiendarum cognitio cum potestate libera agendi, quæ agenda sunt, & fugiendi, quæ fugienda sunt,

nam

nam voluntas, vt secundum illius rectam, à Deo elaboratam formæ constitutionem, quæ agenda sunt agere posset, & quæ fugienda sunt fugere valeret, in necessariã etiã antecedentiã, & quæ agenda, & quæ fugienda essent prænosceret, oportebat, quia hoc ad rectè agendum necessarium est, prout etiam, rectè vt ageret, illam constituit Deus: neq; obstat, quod etiam non rectè, si velit, agere valeat, quia huiusmodi est illi tributa facultas, non, vt non rectè ageret, sed vt, cum non rectè agere posset, & rectè sponte agere voluisset, esset illi æterna gloria: è contra si non rectè egisset, cum rectè agere sciret, & posset, damnaretur iuxtà demeriti pondus, quia suæ peruertisset opera formæ, consequenter etiam vtrumq; prædictorum prçuidere, & animaduertere possit, & facto preuideat, & animaduertat, vt rectè agat, oportet: si autem præuidet, & animaduertit, non cæca sit, consequens est: si verò illa præuidere, & animaduertere non posset, quia cæca esset, vtiq; per se bona agere, & mala effugere non posset, & quin erraret, efficere non posset, quod autem possit, manifestum est ex superius allegatis. *Io. cap.* 11. *num.* 9. *&* 10. *& Luc. c.* 19. *num.* 42. *Gen. c.* 4. *num.* 7. *Eccl. c.* 15. *nu.* 16. 17. *&* 18. *Prou. c.* 2. *num.* 10. *&* 12. *c.* 3. *num.* 23. *c.* 4. *nu.* 25. *&* 26. *Mat. c.* 19. *nu.* 17. *c.* 21. *nu.* 28. 29. *&* 30. Aut ergo volunt, quod voluntas nostra sit in nobis agendi principium irrationale, & tunc in ipso agendi principio à brutis distantes non essemus: aut rationale, & tunc nostra quoq; voluntas, cur illa velit, illa nolit, rationẽ cognoscat, reddere valeat; & sine ea nihil agat, oportet, alioquin, quod iure rationale diceretur agendi principium, nulla dictaret ratio Cic. Tusc. quæst. dicente: Quæ enim recta cum ratione fiunt, ad voluntatem referenda sunt: quæ verò aduersus rationem fiunt, libidini potius, quam voluntati tribuenda sunt, nam etsi quandoq; contingat, quod voluntas circa eamdem rem velit, & nolit, vt pigri voluntas *Prou. c.* 13. *num* 4. non tamen hoc vlla absq; ratione facit, nam vult quidem pigri voluntas laborare, vt ex labore huiusmodi illi victum comparet: quia illi hunc necessarium esse cognoscit: non vult laborare, quia illi requies scit esse bona, & illi vult complacere, alias si vtrumq; sine ratione faceret, huiusmodi etiam actus vel non à determinata per se agente processisse dicerentur potentia, sed fortuitò, seu contingenter euenisse: vel si ab agente potẽtia, quod illa quidem non rationalis, sed irrationalis esset, pronunciãdum videretur, quia nulla cognitione, nullo rationis motu ad id adducta fuisset. Dicent forsan, quod voluntas tamquam sua propria

cæca natura ab ipso intellectu, tamquam oculato, sedulo, & diligenti ductore sibi ab ipsa natura decreto ad manum quodamodo ad ea, quę sibi profutura sunt, ducatur, & à nocuis similiter abducatur: si ità se haberet, ignorare quis simulare posset, quod huiusmodi directio, & deductio voluntatis verè non agentis potentiæ essent actus, & operationes, sed potius quædam nudæ potentiæ passiones sinentis, ac patientis se ab intellectu deduci, tamquam ab agente potentia suæ supplente imbecillitates, & defectus naturæ? ex quo multa sequi viderentur absurda, & primo, quia voluntas hoc considerata, & accepta modo nuda posset dici potentia, quoniam ad agendum per se se excitare, & mouere non posset, sed sua immota maneret natura, nisi quatenus ab ipso, tamquam à sua excitaretur, & moueretur forma, vt nudæ aliæ faciunt potentiæ, à quo sic tamquam ab intellectiua informata forma, visiuā ab eo actu recipiens facultatē, illa etiam tūc nō amplius voluntas, sed intellectus esset, & consequenter non cæca, sed videns esset potentia, si verò dixerint, quod intellectus sic, vt supra, voluntatem deducens, & agens sua eam non informaret intellectuali luce, sed quod eam solumodo ad ea adduceret bona, quæ ei profutura essent, ad quæ sic adducta illa postea pro suo libero, & absoluto operandi imperio, & eligendi, & reprobandi beneplacito ea vel acceptaret, vel reijceret, prout ei magis placeret: hoc etiam casu, & ipsi dicant, oportet, an voluntas ab intellectu actu ad huiusmodi sic adducta bona, vel à malis abstinere monita ea tunc, qualia re vera sunt, actu videat bona, vel mala: nec ne, quia ea si videt, iniuria etiam illa cæca natura diceretur esse potentia: ea verò si non videt, tunc dicendum esset, quod ea sic inscienter eligendo, & operando in brutorum ageret morem, quia, quod eligit, vel reprobat, vel agit, illa non videt, nec percipit, neq; ex electione boni, vel mali reprobatione, vel operatione vllum meritum, laudem, vel gloriam mereretur, & per contrariam operationem nullum incurreret demeritum, vel vituperationem: si rursus verò dixerint, quod voluntas quidem non suis proprijs oculis, quia est cæca natura, sed oculis ipsius intellectus ea, quæ, & qualia sint, videat, atq; percipiat: rursus etiam dicant, oportet, an cæci à natura, qualem voluntatem esse dicunt, eis quæ occurrunt, quę, & qualia sint, non suis proprijs, sed ductoris sui videant, & cognoscant oculis; respondebunt forsan, & benè: quod visiua facultas oculi potentiæ unius, non potest causare actum uisionis in oculo alterius potentię: simili modo nos quoq; replicamus, quod actus pro-

cessiui vnius potentię, non possunt esse actus processiui alterius potentiæ, maximè exaduerso contrariæ, vt videntis intellectus, & cęcæ voluntatis. *Mat. c. 7. num. 16. 17. & 18. c. 12. num. 33. Luc. c. 6. nu. 43. Iac. c. 3. num.* 12. etsi rursus responderent, quod voluntas, & intellectus, et si sint potentiæ inter se distinctæ cum tamen ambo potentiæ sint vnius tantum substantiæ, hoc est animæ rationalis nostrę, intellectu s quidem, qui est potentia luminosa cęcam potest illuminare, & de facto illuminat voluntatem, quia rursus nos etiam replicamus, quod, sicut nulla substantia sibi ipsi est, esseue potest repugnans, vel contraria, sic illius nulla pars indiuisa alteram illius indiuisam potest oppugnare partem, vel illi cõtrariam esse, vt vna re vera cæca sit alia videns: vna tenebra, alia lumen, quia in ipso esse formali ambo vnum sunt substantia tantum, etsi, vt ipsi sic faterentur, intellectus illuminaret voluntatem, illuminata etiam gratis cæca diceretur, etsi adhuc cæca maneret, in brutorum, vt dictum est, ageret morem. Quodnã præterea, & quale illud esset tam absolutum, ac liberum voluntatis imperium, & libera eius agendi libertas, quod, & quam dicunt super vniuersam obtinere mentem, si illa tamquam infantula nullam boni, & mali cognoscens distantiam per se nequidquam agere posset, sed in omnimoda iaceret intellectus tutela, & cura, & insuper tamquam oculis capta ad manum duceretur egeret, si liber is verè dicitur, qui sub nullius est potestate, & in suis actibus proprijs neq; directione, neq; patrocinio, neq; cura neq; auxilio alterius eget, alias non imperare, non liber, sed seruus est? *Apost. ad Rom. cap. 6. num. 15. & 20. P. ad Cor. c. 6. num. 12. c. 7. num. 4. & 39. Ad Gal. c. 4. num. 1. & 2.* Dicent forsan, quod eius imperium, & libertas in hoc vno cõsistat solo, quod, videlicet, postquam ab intellectu ad bona adducta, vel à malis abstinere monita in alterutram, quã vult, potest liberè inclinare partem, & quod sibi magis placet, facere: quod autem hoc possit, indubitatum est, verum quod eius absolutum imperium, & libertas ad hoc tantumodo, vt aiunt, restricta, & coarctata sit, nequaquam: quia re vera hoc absolutum non esset imperium, neq; libera agendi libertas, sed miserrima seruitus, & tenebrosa agendi ratio, nã & Isaac, eo quod cæcus esset, Esau benedicere volens benedixit Iacob, huiusmodi post hæc agnoscens factum, illud abhorruit, sed retractare non potuit. *Gen c. 27. num. 27 & 33.* hinc ediscimus, quod cęcę voluntatis non libera, non gloriosa, sed horrida, & infelix esset libertas. Quomodo præterea cæca voluntas ea, bona quæ de pręsenti sibi

necessariò essent amplectenda, vel mala statim repllenda, vt sibi nota fierent, ab intellectu exquirere posset, vel alio sciscitare, vel indagare modo, si ijs facto egere nescit, nec videt, nec percipit? & quæ tandē siue sibi indicarentur, siue non, eundem semper essent sortitura finem & effectum, quia cæca existens illa vel indicata, vel non indicata non videret, non cognosceret, quod faceret, nesciret, quod perfecisset nō agnosceret? & deniq; quæ ipsius vnquam posset voluntatis in mente esse delectatio, si quod delectaret, illa nesciret, non videret, neq; perciperet, in propriaq; sensum non habens potentia, sensibilem nec etiã percipere posset voluptatem, quarum vtraq; amota proprio etiam, ac naturali suo careret obiecto, & vita, quæ ipsa est bonorum perfruitio. Si verò dicerent quod intellectus ab ipsa etiam irrequisitus voluntate sua sponte natura bona voluntati profutura, & ei nocitura mala semper sollicitè quęreret, sagaciter indagaret, eiq; cuncta fideliter repræsentaret, cum tamen intellectus, & voluntatis obiectus, & operationes omninò sint inter se diuersæ, hoc etiam non sit verum ipsa manifestat ratio, etsi prò verò supponeretur, huiusmodi tamen inanis euaderet intellectus labor, quia cęca voluntas sibi ab intellectu repræsentata adhuc non videret, etsi ea videret, vtiq; natura cæca non esset, ipse prætereà intellectus sic, vt suprà, agens, cum non sibi ab ipsa priuatiue voluntate, sed illi primò, & principaliter vti famulus collaboraret, conuiueret, & desudaret, non etiam esset ab ipsa voluntatis potentia potentia diuersus, sed eiusdem esset potentiæ volūtatis à Deo ingenita virtus, seu eius visiua facultas, ac quasi oculus in dicta potentia natura insitus, dicendum esse videretur. Ex quibus sic, vt supra dispositis, ac pensatè animaduersis rationabiliter etiam deduci potest, quod animæ nostrę rationalis vna verè sit tantum potentia natura apta nata ad opera sua cuncta præexcellenter operanda, hoc est cum electione, & virtutis amore, vt eius aptitudinis medio disponeret orbem terrarum in æquitate, & iustitia, & in directione cordis sui iudicaret homo iudicium, & omnibus ijs, quæ super terram sunt, dominaretur, in illisq; operandis, disponendis, ac dominatui suo subiugandis Deum, ad cuius imaginem, & similitudinem ab initio ab eo factus fuit, perpetuò imitaretur, & ei semper in omnibus gloriam daret. *Gen. c. 1. nu. 26. & 27. c. 5. num. 6. Sap. c. 9. nu. 2. & 3. c. 12. nu. 19. & seqq. Eccl. c. 37. num. 1. 2. 3. 6. & 16. c. 33. num. 23. c. 14. num. 21. Psal. 81. num. 6.* quæ potentia, vt prædicta omnia suapte natura perficere posset, cum ex antecedenti necessariò oporteret, quod cun-

cta,

cta, quæ illa operatura esset, ex libro suo posset perficere beneplacito, ex eiusq; deliberata, & libera animi sententia ei nullo pænitus, ac penitus obsistente, ac obsistere valente, quę libera hoc modo operandi facultas à nobis liberum dicitur arbitrium summi expressiuum imperij voluntatis nostræ, quæ est illa, de qua noster est sermo, animæ nostræ rationalis potentia, nam si voluntas nostra facultas est faciendi quidquid sibi magis placet, quid magis proprium est, esseue potest ipsi potentiæ, quam facultas ita faciendi? nostra ergo voluntas nostrę sit animæ rationalis potentia, consequens est. *Eccl.c.*15.*num.*14. 16. 17. *&* 18. quæ, vt superius dictum fuit, illi non ita libera, & absoluta à Deo tradita fuit, vt mala faceret, sed vt, cum potuisset illa facere, & non fecisset, sed bona facere elegisset, & opere compleuisset virtutis amore, æterna ei gloria esset. *Eccl. dd.c.* 14.*num.*21.*c.*31.*num.*10. quę omnia, vt eo, quo magis conueniret, possent perfici, ac perficerentur excellentiori modo, non satis visum fuit, nec satis verè fuit, vt bona, iusta, & honesta simpliciter sic, vt suprà, eligerentur, & opere complerentur, sed & insuper, quod bonà benè, iusta iustè, honesta honestè perficerentur, ne bona, iusta, & honesta in malum, vel malo, iniusto, & inhonesto perficerentur modo ne in illis sic in malum finē, & peruerso modo complēdis sua operator fraudaretur laude, & gloria. *Sap.c.*6.*num.* 11.*Luc.c.*18.*num.*5. *& seqq.* quæ, vt actualiter eo modo, & in eum finem, quo, & in quem dictum est, perfici possent, vnumquodq; eorum quoq; sic opere complendorum quod, & quale esset, præcognosceretur, pensatè animaduerteretur, iudiciosè eligeretur, prudenter disponeretur, vt ex his sic præcognitis, animaduersis, electis, & dispositis prę excellenter opere complerentur, vtiq; necesse fuit, vt voluntas nostra operum omnium nostrorum à Deo operatrix constituta non cæca esset, quia si cęca esset, nequidquam per se velle, vel facere posset, actu nec vellet, nec faceret, quià ad ignota illa non fertur, ferri nec potest: cùr ergo à Deo de omni tempore otioso arctissima esset exquirenda ratio à voluntate nostra, si cęca per se operari non posset, sed ductoris sui motum expectans necesse haberet? *Ecclesf. c.*9.*num.*10. *Io.c.*9.*num.*4.*c.*15.*num.* 8.*&* 16.*Iac.c.* 1.*num.*25.*Apost. ad Rom.c.*2.*num.* 13. *Ad Col. c.*1.*num.* 10.*Ad Tit. c.*3.*num.*8.*&* 14.*Prou.c.* 10.*num.* 16.*Luc.c.*13.*num.*7. curq; mortem incurrere deberet, si cæca nec vitæ, nec mortis viam videret? *Io. c.*9.*num.* 41.*Sap.c.*12.*num.*15. neq; prędicta ex eo remota manerent, si dicerent, quod suę sumeret effectus potentiæ ab ipsa intellectus se-

deducentis potentia, quia actum potentiæ ab aliena sumens potentiā propriæ meritò priuaretur nomine potentię, libera nec dici posset, quia posse velle, & agere, non à se ipsa, sed ab intellectiua penderet potentia, à qua motum volendi, & agendi sumens, nec quæ, nec qualis esse diceretur, re esset; videns ergo sit, consequens est, nam ad hoc vt illa, tamquam humanorum actuum omnium à Deo operatrix constituta, eos iuxtà præceptum illius præexcellenter opere complere posset, oculos ad id aptos, ac benè dispositos haberet, eosq; ad libitum suum mouere posset, necesse fuit, quorum alter intellectus, alter memoria dicitur, vt in ista, quę iam diù ab ipso ventilata fuerunt intellectu, tamquam in viuenti impressa speculo perpetuò conspicerētur, in illo verò, quę de pręsenti à ventilationis typo subtracta essent, paulatim suggererentur, vt rectà cum pręteritis pręsentium facta collatione cuncta ad præexcellentem futuram disponerentur operationem, sic disposita prudenter opere complerentur, quæ operandi methodus, & ratio humana nostra dicitur, & est verè vita, ad quam à Deo creati sumus. *Prou. c. 4. nu. 13. 21. 25. & 26. c. 2. nu. 10. & 11. c. 3. nu. 22. & 23. c. 6. nu. 21. & 22. c. 9. nu. 6. Eccl. c. 14. nu. 21. c. 33. nu. 23.* huiusmodi autem oculi cum sint potentię animæ rationalis facultates, seu virtutes, ipse nempè intellectus, & memoria, indiuisibiles etiam erunt eiusdem potentiæ partes prout omnis facultas, & virtus eius est verè indiuisibilis pars, cuius est illa facultas, & virtus, inter eos cōsequenter nulla contrarietas, nullum schisma, nulla dissonantia intersit, oportet, oculos ergo si illa videntes habet, cæca sit, ipsa repugnat ratio. & si non cæca, sed videns est, quod ignoranter sub specie boni ad peccandum adducatur, ipsa quoq; prohibet ratio: dicamus ergo oportet, quod si actu malè egerit, scienter etiam, si modo malè agere voluerit, malè egerit, quia non cæca natura est, propter hoc tamen non negamus, quod aliquibus casibus ignoranter quis peccare possit, sed huiusmodi casus excepti confirmant regulam esse in cōtrarium, videlicet, quod volens peccare, scienter peccat, nullamq; possit de peccato suo excusationem afferre, quod cæcam, ei Deus dederit voluntatem, vel quod boni specie ad id adductus fuerit, sed quia sua abusus agendi libertate, scienter peccare voluerit. *Psal. 140. nu. 4. Psal. 118. nu. 119. Apost. ad Gal. c. 5. nu. 13. c. 6. nu. 8. Io. c. 8. nu. 44. c. 9. nu. 41. c. 15. nu. 22.* quia ingnorantia non ab intrinseca nostrę prouenit cæcitate voluntatis: sed ab alieno facto ad nostram non perueniente notitiam, vel ab aliquo alio extrinseco eam ad nos accedere prohibente, & hoc

palam tunc confitebitur quisq; sic eum facere cogente conscientia sua, quando venerit occulata cordium manifestare Deus, *Apost. ad Rom. c.2. num.15. & 16. Psal. 49. num.21. Psal. 50. num.5.* quia sicut nemo cum veritate dicere posset, quod ipse homo non fuisset, sic nec cum veritate dicere poterit, quod scire non potuerit, quia quod homo vnus scit, alius scire potest, quia specie non differimus. *Iob. c.12. num.2. & 3. & c.13. eiusdem nu.1. & 2. Dan. c.2. num.3.* hoc etiam nobis attestante Spiritu Sancto. *Eccl. c.6. num. 34.* sic dicente: si scire volueris, sapiens eris: scire ergo si stat in potestate voluntatis nostræ, cõsequenter qui non scierit, nesciret etiam, quia scire noluisset. *Psal. 35. nu.4.* siq; voluntas vult scire, sciat quoq; necesse est, quid sit scire, alias ad sciendum se mouere non posset, quia ad pænitus ignota non fertur, etsi illa scire volens sibi est sciendi principium. *d. Eccl. c. 6. nu. 34.* cæca sit, impossibile est, quia principium est potissima pars cuiusq; rei: etsi bona, vel mala, vt respectiuè meritoria, vel demeritoria sint, necesse est, vt voluntariè operata sint, & re vera meritoria, vel demeritoria non essent, nisi scienter operata fuissent, scientia consequenter etiam de ipsius voluntarij substantia sit necesse est. *Iob. c.24. num. 15. Bar. c.3. num.14. c.4. num.4. Io. c.13. num.17. Iac. c.4. nu.17. Eccl. c.15. num. 16. 17. & 18. c. 14. num. 7. 20. & 21. Apost. ad Philom. num. 14. Ad Eph. c.5. nu. 17.* causa igitur, cur voluntas nostra alterutrum eorum extremorum à se actu eligendorum, & opere complendorum quod magis sibi placet, libere eligat, & opere compleat, libere eligere, & operari queat, non ipsa est cęcitas ipsius voluntatis, sed cognitio, quia si quod, & quale vtrumq; dictorum esset extremorum illa non cognosceret, illorum vtiq; neutrum eligere, & operari posset non liberè tantum, sed omnimodè, & absolutè, quia illorum vtriusq; notitia, & cognitio nostram constituit voluntatem in actualem possessionem non solum libertatis, & potestatis alterutrum, quod magis libet eligendi, & operandi, sed etiam simpliciter operandi, quia si daretur casus, quod vtrumq; illorum omninò ignoraret, sequeretur, quod voluntas aut alterutrũ eorũ, in quod prius casu impingeret, operaretur, non electiuè quidem, seu liberè, sed fortuito, vel ipsius carnis ductu in morem brutorum, vel verius neutrum omninò ageret, sed immota maneret, quia bruta ad propria sua agenda opera aliqua, sẽsibili nempè, cognitione mouentur, & aguntur, mota, & acta operantur, voluntas verò nulla pędita cognitione nihil omninò ageret, vel agere posset, & frustra in mente nostra agendi imperium, & libertatem

tem habere diceretur, nam etsi in sensibili corpore sit inclusa voluntas, concupiscentia tamen carnis, quę dicitur, & est verè sensibilis corporis cognitio, in ipsa realiter cum non sit inserta substantia mentis, de cuius substantia ipsa est voluntas, sensibilem consequenter hanc in se interius non habens voluntas cognitionem, illius etiam interno se excitare, & moueri nō posset lumine ad sēsibilia appetēda, & opere complenda bona, si verò insuper, & ipsa in propria etiam substantia mentis natura quoq; cęca pęnitus esset, interna quoq; hac mētis cognitione vtiq; neq; etiam se excitare, & mouere posset ad vera perficienda bona, non se mouens, mouere nec valens, quia ad pęnitus ignota non feratur, nequidquam vmquam ageret, sed immota perpetuò, & inutilis maneret, neq; bona neq; mala per se agere posset.

Reliquum nunc ergo tantummodo esse videtur, vt contraria diluantur, si fieri potest, argumenta, & maximè illud, quod ab ipsa facti dicunt educi euidentia: nam si, vt aiunt nulla potest maior inueniri probatio, quam quę ab ipsa facti educitur euidentia, quia per eam proprijs quodamodo contrectantes manibus ipso eam ita se habere comperimus facto, sed sic est, quod voluntas mentis nostrę, quæ opera nostra pro suo in nobis operatur beneplacito, euidenter nos ad peccandum ignoranter adducit sub ipsa boni specie, ergo cęca sit cōsequens esse videtur. Pro cuius instantiæ, seu argumenti solutione, si dixerimus, quod diuino infinite magis, quam humano sit credendum testimonio, neminem id negaturum esse arbitramur, quia Deus mentiatur impossibile est, quoniam est ipsa veritas, propter hoc & ipse Deus dicitur veritatis. *Psal.* 11. *num.* 2. *Psal.* 30. *num.* 6. *Psal.* 115. *num.* 11. *Num. c.* 23. *num.* 19. *Apost. ad Rom. c.* 3. *num.* 4. *Ad Heb. c.* 6. *num.* 18. *Io. c.* 3. *num.* 33. *& sua P. c.* 5. *num.* 10. cumq; imperfectum nostrum perfectius videat, quam nos ipsi videamus, ac videre valeamus, quoniam verus est scrutator cordium, ei etiam acquiescamus, necesse est *Psal.* 138. *num.* 16. *Reg. tertio c.* 8. *num.* 39. *secundo Paral. c.* 6. *num.* 30. *Io. c.* 2. *num.* 25. nobis ergo si *Io. c.* 3. *nu.* 20. testificatur: Quod omnes, qui malè agunt, odio habent lucem, & dum malè agunt, tenebris operti esse gaudent, ne eorum videantur opera mala, & ab hominibus arguantur: eorum consequenter opera, ab ipsis mala esse cognoscantur, necesse est, alias à malę suæ non pertererrentur malitia operationis, neq; de ea argui pertimescerent, vel reluctarent, quia eam operationem, quam quis pro certo habet omni vacare culpa, perficere

non

non veretur, eius nec conscientia reluctat, ideò si à sua se perterritum manifestat malitia, & de ea argui timet, atq; refugit, eam malam esse cognoscat, consequens est, *& Iob. c. 24. nu. 15. 16. 17. & 13.* sic ait: *Occulus adulteri obseruat caliginem dicens; Non videbit me oculus, & operit vultum suum, & perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem,* (non quia, quid faciant, ignorent, vel sub specie boni ad peccandum adducantur,) sed quia rebelles, & inimici sūt luminis, quia eorum detegit iniquitates, & scelera, scientes se iniqua agere, & digna flagellis, propterea: *si subitò aparuerit aurora arbitrantur illam esse vmbram mortis*, & eam timent, & contremiscunt, quia proprias eorum detegit nequitias, quia nequitia; omnis operatori suo dat testimonium condemnationis, & futuræ horrescentiam pænæ. *Sap. c. 17. num. 10. Gen. c. 4. num. 14.* à diro propterea, & venenato malę nostræ morsu effugere nō possumus operationis, continuò enim vbiq; nos obsidet, & lacessit. *Psal. 50. num. 5. Eccl. c. 21. num. 3. & 4.* In anima enim nostra à Deo inextinguibile est accensum lumen ad cuius splendoris claritatem bona, & mala distinctè cognoscimus, & quod ex bono sperandum, ex maloq; timendum perpetuò conspicimus, vt, quę bona sunt, sequamur, & mala effugiamus, quia in hoc à Deo creati fuimus. *Eccl. c. 17. num. 6. & 7. c. 15. num. 18. c. 14. num. 20. & 21. Gen. c. 4. num. 23. & 24. Apost. ad Rom. c. 2. nu. 15.* scriptum propterea inuenitur. *Iob. c. 37. num. 7.* Quod Deus in omnium hominum signauerit manu, vt singuli omnia noscerent opera sua, num videlicet essent bona, vel mala, hoc est, quod in intimo conscientiæ cuiusq; adaparuerit oculum distinctè bona, & mala conspicientem, & agnoscentem, ac si ea in manu nostra in prospectu oculorum nostrorum gestantes, quæ, & qualia essent non videre non valeremus. Cur præterea fures, adulteri, cæteriq; huiusmodi mala perpetrantes nocturno potius tempore, furtiuè, & in occulto, quam de die, ac palam ea facere curarent, si ea ignoranter, & sub specie boni perpetrarent, cum bona qui agunt, vel agere pro certo habent, vlla sine formidine perficiant illa? *Iob. c. 24. num. 14. 15. 16. & 17. Prou. c. 7. nu. 6. 10. c. 3. num. 21. c. 7. num. 4. Gen. c. 2. num. 25.*

Etsi senes illi, qui impuro in Susanam pariformi ardebant amore inuicem sibi ipsis propriam erubescebant indicare concupiscentiam, illam etiam malam esse cognoscerent, consequens erat, alias non erubuissent, vt ibi expresse dicitur. *Dan. c. 13. à num. 10. ad 15. & 20. & 21. Gen. c. 2. num. 25. & c. 3. num. 7. 10. & 11.* Si ergo ex ipsius Dei testi-

testimonio, atq; ex ipsa facti euidentia in contrarium manifestè apparet, quibus etiam hi motiuis adduci queant, qui euidentiam huic traditioni nostræ aduersantem experientia constare dicunt, in mediũ afferamus, oportet: quod vt manifestius nostris queat offerri mentibus qua verè differentia à cæterorum animantium specie nostra re sit distincta, & separata species, & cuius intrinsecę virtutæ causę ad prę-excellentem hanc fuerimus euecti humanitatis formalitatem, ante omnia proferamus oportet. Ea igitur differentia, qua à brutorum specie nostra remanet distincta, & separata species, ipsa est ratio, nos propterea, ea quoniam vigemus, rationales, illa verò, ea quoniam carent, irrationalia appellata fuerunt. Ratio autem hæc cum non à nostræ propria procedat, & pendeat, nec procedere, nec pendere valeat facultate carnis concupiscentia appellata, neq; natura in ipsa insita sit substantia carnis, quoniam non est illius natura capax, quia licet in humano hoc composito nostro mentis, & carnis substantiæ in vnam simul colligatæ hypostasis vnitatem vnus tantum sint homo, nõ tamen mens, vt dictum fuit, in carnem, neq; caro in mentem in eadem transmutantur vnitate, neq; illarum substantiæ inter se confunduntur, nec propriæ transcendunt, transcendereue possunt limites speciei, sed earum vnaquęq; intra propriæ coarctata claustra speciei inuariabiliter conseruantur, ità vt, quod ex carne natum fuerit, sit caro verè, & mens ex spirituali creata substantia spiritus sit verè. *Io. c. 3. num. 6. Ecclesi. c. 12. nu. 7. Sap. c. 15. nu. 11.*

Si caro ergo caro est verè, carneæ substantiæ quiditatem, & qualitates retineat necesse est, alias re caro non esset, neq; ea, quæ mentis sunt, natura vllo ei possunt cõpetere modo, quia supra suã sũt naturã, & propriæ suæ transcendunt limites speciei, nam licet caro, seu carneum hoc sensibile corpus per modum continentis ipsam intra se eã circundans complectatur substantiam mentis humanarum hanc agẽdarum rerum Potentiam in se natura habentem, dictæq; ratione continentiæ eamdem quoq; potentiam certo modo intra se continere dici queat, non tamen propriæ suæ natura substantiæ hanc humanarum agendarum rerum in se potentiam habere dici potest, nec habet verè, quia etsi illam tamquam continens circumdando complectatur, illa tamen in se continere nescit, & quę, & qualis illa sit omninò ignorat, quia natura est inferioris speciei specie illius, ideò sicut nihil eorum, quæ mentis sunt, sua propria percipit percipereue potest natura, sic ea nec agat, agere nec valeat, consequens est, quia rei secundum

men-

mentem agendę principium ipsa est rei agendæ mentalis cognitio, quam caro habeat impossibile est, quia, quæ mentis sunt, vt diximus, supra suam sunt naturam, naturæq; vires, & propriam suam transcendunt speciem, supra quam se extendat impossibile est, quia propriam mutaret speciem, quam mutans non amplius esset caro, sed alia superioris gradus species, neq; caro, licet in humano hoc cum mente à Deo fuerit copulata composito, in hunc cum ea fuit copulata finē, vt ea, quæ sunt hominis ageret, quia in eodem composito non vt forma à Deo illi adiuncta fuit, sed vt pura materia, quæ respectu humanorum agendorum actuum merè passiua est, sitq; necesse est, vt formatum formationis suæ symetriam seruet, etsi in eodem re & ipsa viuat composito, non ex eo in eo re viuit, quia se ipsam uiuificet in formet, uel animet, sed quia à mente tamquam viuente, & informante formata forma, & ipsa in ipso viuat, & moueatur formato, necesse est, quia est indiuisa, licet materialis, ipsius formati viuentis pars, si ergo viuentis est pars, & ipsa viuat, & moueatur oportet, etsi in dicto composito non vt forma, sed vt materia adiuncta fuerit, non etiam in eo ad hoc adiuncta fuerit, vt ea, quæ sunt hominis, ageret, quia non materiæ, sed formæ sunt ipsius formalitatis actus. *Sap. c.* 15. *num.* 11. ea ideò sua non agit, agere nec potest natura, quia materia est, sed ad ea agenda ab ipsa mente propria ea percipiente, & agere valente natura totius tamquam humanæ vnitatis forma inscia rapitur, agitur, atq; mouetur: non à propria ergo carnis, sed mentis facultate, & potentia ipsa procedit, & pendet ratio, neq; facultas, seu potentia illa, à qua ista procedit ratio, in ipsa carnis, sed mentis natura est insita substantia, in eaq; concipiatur, & formetur, necesse est, hinc consequenter dicamus, & confiteamur oportet, quod sola mente homines à Deo constituti fuerimus, & simus, & sumus verè, illiusq; recti actus medio, ipsa videlicet ratione tales nos factomet præbere valeamus, ac nosmet re, factoq; exhibeamus, quod ab ipsis ethnicis etiam cognitum, ac demonstratum fuit Macrob. de somno Scipionis in principio sic elloquente: Homo non est is, quem nobis extrinseca hæc monstrat, quæ digito potest demonstrari figura (idest carneum hoc, quod digito potest indicari figmentum) sed mens cuiusq; ea verè est homo quisq; quam sententiam Macrob. mutuatum fuisse à sacra pagina credendum est. *Gen. d. c.* 1. *num.* 26. *&* 27. *c.* 2. *num.* 7. *Eccles. c.* 12. *num.* 7. *Sap. d. c.* 15. *num.* 11. si ergo mens cuiusq; est homo quisq; vt hominem se esse quis præbeat, & manifestet, non secundum carnem,

carnisq; legem, sed secundum mentem, mentisq; legem viuat, & agat oportet, quia substantia omnis non alterius, sed propriæ viuit vitam, & agit actus potentiæ: si ergo secundum mentem, mentisq; vixerimus, & egerimus legem nosmet homines esse facto demonstrabimus, & erimus verè, si verò posthabita mentis vita, & lege secundum carnem, carnisq; vixerimus, & egerimus legem, vt homines quidem, mortuos esse demonstrabimus, animaliter verò viuentes animales quoq; nos esse manifestabimus. *Gen. c.2. num.17. Apost. ad Rom. c.8. num.5.6.7.8.& 13. P. ad Tim. c.5. num. 6. Mat. c.8. num. 22. Luc. c. 9. num.60. Ose. c.13. num.1. Iud. sua vnica num.19. Pet. 2. c.2. num.12.*

Qui ergo sine ratione, humanę quæ nostræ rectus est actus formæ, viuit, & agit, re vera non vt verus, sed vt animalis homo viuit, & agit, non vt verus homo quidem, quia mēs, quæ nostræ est potentia formę, à naturali suo deficit actu, ab eo deficiens suam ad actum non perducit formalitatem, quia nil aliud est formalitas, quam ipsius potentiæ deductio ad suum naturalem actum, cum verò formæ naturalis actus ipsa sit verè formati vita, naturali consequenter formati deficiente actu eius vera deficiat vita, deficiens non vt talis etiam amplius viuat, consequens est, quia sine tali vita, vt talis viuere nemo potest, etsi adhuc ipsum facto viuere videamus, non secundum tamen mentem, mentisq; legem, sed secundum carnem, carnisq; legem viuens suam formę potētiam ad excellentem illam, quam nos voluit habere Deus, non euehit humanitatis formalitatem, ad eam illam non euehens nō humanam etiam, sed animalem dicetur viuere vitam, quam sic viuens sicut exaduerso conuersam ei viuit vitam, ad quam viuendam nos creauit Deus, & homines vt verè simus, viuamus oportet, sic quatenus verus homo mortuus esse dicitur, quia in hypostasis vnitate humana quiescit formalitas, actu verò animaliter viuens meritò animalis dicitur homo, quia in ipsa actu animalis viget formalitas, quæ ipsa qualis est, suo talem dat esse formato, hinc est, quod à naturalibus cuiusq; viuentis actibus, quodcumq; quale sit viuens, verè dignoscitur. *Sap. d. c.15. num. 11. & 12. Eccl. c.15. num. 14. & 18. c.33. num.23. c.17. num.6. & seqq. vsq; ad 17. Apost. ad Rom. c. 8. nu. 5.6.7. & 8. P. ad Cor. c.2. num. 14 P. ad Tim. c.5. num. 6. Pet. secunda c. 2. num.12. Iud. sua vnica nu.19. Psal. 31. nu.9. Psal.48. nu. 13. & 21. Mat. c.7. nu. 16. 17. & 18. Luc. c. 6. nu. 43. Iac. c.3. nu. 12.*

In plurium igitur substantiarum in vna viuentium hypostasis vnitate substantia illa, quæ in dicta illarum vnitate actus propriæ ex se

exci-

excitans potentiæ ad formalitatem se euehit, quippè quę propriæ suę forma substantiæ vniuersę vnitati prędictæ formalitatem tribuit, ipsa etiam vnitas ab illa sic, vt supra, formalitatem actu recipiens, ab illa quoq; esse, & nomen recipiat consequens est, è contra verò substantia illa, quæ in eadem vnitate à proprię actibus desistit potentiæ, sicut se ipsam ad suā propriam non euehit formalitatem, sic nec præfatæ illam communicet vnitati, consequens est, quia alij det, quod ipsa non habet, impossibile est, & consequenter nec esse formale, nec nomen ei tribuet, sed in dicta vnitate pura remaneat materia, etiam cōsequens est, quæ tamquam merè passiua dictā vnitatem in suam propriam, & priuatam non euehet formalitatem, & consequenter nec in speciei suæ actualem possessionem, sed bene ab altera ex dictis substantijs tamquam agente forma se rapi sinet, & rapietur in propriam illius formalitatem, ac speciei participationem, quia sicut non materia, sed forma propria sua formalitate ipsum verè constituit formatum, sic formalitas suæ actibus formalitatis ipsum formatum participem facit speciei suæ, quia, etsi vtriusq; substantiæ mentis videlicet, & sensibilis corporis vnitas secundum Dei, & naturæ intentionem ipsa sit humanæ speciei constitutio, formalitas tamen alterutrius ex dictis substantijs ad actum in vnitate se excitantis vnitatem actibus suis participem facit speciei suæ, non mirum ideò si in composito nostro nostra ad actum se excitante, & agente carne tunc dicamur homines esse animales, & simus verè. *Apost.* 1. *ad Cor. c.* 2. *num.* 14. *Psal.* 31. *num.* 9. *Psal.* 48. *num.* 13. *&* 21. *cum alijs superius alleg.* Volens proptereà *Apost.* nobis *ad Gal. c.* 5. *num.* 16. tutam tradere methodum, qua nosmet ipsos non animales, sed homines veros exhibere valeremus ait: *Operamini opera mentis vestrę, & non perficietis opera carnis,* cuius opera non perficientes non etiam vos animales, sed veros vos exhibebitis homines, quia cū naturalia mētis, & carnis opera sint sibi ex aduerso contraria, se se quoq; perpetuò oppugnant, & inuicem tollunt: mente consequenter operante opera quiescant carnis consequēs est: è contra verò carne operante opera quiescant mentis etiam consequens est. *Apost. ad Gal. d. c.* 5. *num.* 16. *&* 17. *Iac. c.* 4. *num.* 5. cum autem naturalis potentię agentis actus sint formalitatis ipsius agentis indices certi. *Mat. d. c.* 7. *num.* 16. *c.* 12. *num.* 33. *Luc. c.* 6. *nu.* 43. *Iac. c.* 3. *num.* 12. animalem consequenter vitam qui viuit, non verum, sed animalem se exhibebit hominem: rationalem verò vitam qui viuet non animalem, sed verum se exhibebit hominem. *Sap. d.*

*c.*15.*num.*11. *cum alijs superius allegatis*, nam ad ipsam formalitatem de medio tollendam idem est formalitatis ipsius carere potentia, hoc est intellectiua, vt equus, & mulus, & actibus dictæ carere potentiæ, quia ista duo ad dictã constituendam formalitatem in vnum concurrant, necesse est. *Psal.* 31.*num.* 9. *Mat. c.*15.*num* 16. quia & in hoc creatus fuit intellectus, vt intelligeret, & ab intelligendo intellectus appellatus fuit, & in nobis, vt intelligeremus, à Deo insitus fuit, nam quoad finem, & effectum, ad quem omnia natura tendunt, idem est non esse, & frustra, & inutiliter esse: propterea si fingeremus, quod dari posset intellectus, qui vel intelligere non posset, vel actu numquam intelligeret, certè ille vel intellectus non esset, vel saltem frustra, & inutiliter intellectus constitutus esset. *Psal.* 13.*num.* 2. *&* 3. *Psal.* 48. *num.* 13. *Ecclef. c.*3.*num.* 19. & an re intellectus esset à nullo omninò percipi posset, quia vt dictum est, substantia omnis à naturali suo dignoscitur actu. *Mat. d. c.*7.*num.* 16. *cum alijs citatis*; præfata ideò potentia naturali suo adhuc carens actu ipsum formatum, seu potius formandum ad actualem suam nõ euehit formalitatem, huiusmodi propterea nondum verus, sed adhuc animalis est homo, ideò carens actibus formalitatis suæ comparatur iumentis insipientibus, & similis dicitur esse illis. *dicto Psal.* 31.*num.*9. *Psal.* 48.*num.* 13. *Ecclef. c.*3.*num.* 19. ne verò huiusmodi animales homines de sua desperarent salute. Reg. *Proph. Psal.*35.*num.*7. cum Deo loquens ait: *Homines, & iumenmenta saluabis Domine*: sic autem aiens non de brutis senserit, vtiq; dicendum est, quia bruta ad cœlos non ascendunt, ideò non de ijs, sed de supradictis animalibus hominibus dictus factus fuerit sermo, ipsa postulat ratio. *Apost.* 1.*ad Cor. c.*9.*num.*9. *&* 10. *Ecclef. c.*3.*num.* 21. Huius autem in humanitatem, & in animalitatem omnimoda inclinandi ratio ipsa est animæ nostræ libera agendi libertas; mens ergo nostra cum sua sit libera natura, quidquid illa consequenter facit, nõ coactè, sed liberè pro suo faciat libito, necesse est, ideò si carnem ab actibus suæ refrænet, & cohibeat animalitatis, eam non coactè, sed liberè refrænet, & cohibeat, cõuenit, & decet; si velit intelligere, & prudẽter, vt naturæ suæ conuenit, agere, hoc quoq; nõ coactè, sed liberè faciat, oportet, si velit memorari, memoretur: si velit agere, agat: si velit ab operibus quiescere, quiescat: si velit carni dominari, ei dominetur: si ei succumbere, & seruire velit, succumbat, & seruiat, quia, vt dictum est, cum natura libera sit, liberè quoq; agat, decet, & conuenit: sic autem à Deo libera facta fuit, non equidem, vt à præfata sua

tran-

transgrederetur formalitate, & animaliter in morem brutorum viueret, sed vt cum nullo cogente potuisset transgredi, & in morem brutorum viuere, & liberè, & spontaneè non transgrediens non animaliter, sed rationaliter, ac humaniter viuens ei hoc esset æterna gloria, quia non coactè, sed spontè, & virtutis amore hoc fecisset, & facere voluisset. *Eccl. c.14. num. 20. & seqq. vsq; ad fin c.15. num. 14. & 18. c.31. num. 10. cum alijs superius allegatis*. Homini ergo sui libertatem non dedit Deus, vt ea abuteretur, & mala faceret, sed vt cũ ea liberè bene vsus fuisset, & bona spontaneè egisset ipsam in se ipso Dei referret similitudinẽ, cuius referrẽdæ internam sic, vt suprà, à Deo obtinuit potestatẽ, propterea hominibus dixit: *Ego dixi vos Dij estis Psal. 81. n. 6.* velut enim tot dij liberè agere potestis, sicut ipse liberè agit Deus. *Psal. 93. num. 1.* Cum ergo benè agere valeamus, si malè egerimus, non nostræ in Deum culpas libidinis, ac prauæ inuertentes intentionis dicamus, oportet, quod nos sub specie boni ingnoranter peccamus, quia cæcam nobis Deus dederit voluntatem, quasi non peccassemus, vel peccaremus, si eam nobis dedisset videntem, cum certò sciamus quod non Deus, sed nos soli nostri sumus causa peccati, quia nemini vmquam Deus dedit occasionem, vel ansam peccandi, quoniam est Deus non volens iniquitatem, nec lætatur in perditione viuorum, quia sanctus, & iustus est in omnibus operibus suis. *Psal. 5. nu. 5. 6. & 7. Iob. c.34. num. 10. & 17. c. 40. num. 3. Sap. c. 1. num. 13. & 14. c. 14. num. 8. Eccl. c.12. num. 7. c.15. num. 21. & 22.* Sed hoc nobis euenit, quia nos nostræ abuti voluimus libertatis facultate sensibus, & carni nostræ potius, quam Deo seruire volentes, propterea, sicut nemo cum veritate dicere vmquam posset: Homo non fui, vel non rectum me fecit Deus: sic nemo cum veritate dicere poterit: Nõ intelligere, non rectè, ac benè agere valui, quia quod vnus facit homo, facere quisq; potest, quoniam specie non differimus: Quod ideò Henoch fecit lege adhuc vigente naturæ, cæteri sic, qui sub eadem fuerunt lege, facere potuissent, idcircò iusti in die iudicij extremi in proprijs factis peccatores iudicare dicentur. *Apost. ad Rom. c.2. num. 12. 14. & 15. Ad Heb. c.11. num. 5. Gen. c.5. num. 22. Eccles. c.7. num. 30. Eccl. c. 44. num. 16. Sap. c.3. num. 8. Iob. c. 12. num. 3.* videns propterea Reg. Proph. quod homines ferè omnes iam intelligere benè agere nolent, & quod à propria consequenter iam declinassent formalitate exclamans ait: *Homo cum à Deo magno in honore* per infusionẽ intellectus *constitutus esset*, ille tamen sua abutendo libertate *intellige-*

re nolens comparatus fuit iumentis insipientibus, & in factis ipsorum *similis est factus illis Psal.13.num.2. & 3. Psal.35.num.4.Psal.48.num.13. & 21. Iob. c.34.num.27. Bar.c.6. num.4.*

Cum verò suæ quicunq; seruus extiterit carnis, sicut actu non verum, vt præmissum fuit, sed animalem se exhibeat hominem, ac secūdum rectam superius dictam à Deo constitutam non agat humanitatis formalitatem, non etiam verus, sed animalis sit homo, & esse dicatur sacræ testificantur scripturæ, ipsi etiam sic existenti, & viuenti facta carnis placeant, consequens est, quia suę sunt animalis naturæ naturalia bona, atq; ipsius carnis, secundum quam viuit, vitamet ipsa, quæ tsi re vera homini verō, hoc est secundum mentem, mentisq; rationē,& legem agenti,& viuenti sint peccata, abominatio, morsmet ipsa. *Apost. ad Rom. dd.c.6.num. 16 20. & seqq. vsq; ad fin. cap & c. 7.num.23. & 25.c.8.num.5. 6. 7. 8. & 13. P. ad Cor. c. 2.num.11. & 14. Ad Gal.c. 5.num.16. & 17. Ad Colos.c.3 num.9.* sibi tamen è cōtra videntur esse bona, quia, vt dictum fuit, suæ sunt animalis naturæ propria bona, atq; ipsius carnis, secundum quam viuit, vitamet ipsa, in illis consequenter percipiendis, atq; perfruendis si sibi sub specie boni peccasse videatur, prompta est ratio, quia ipso viuenti dulcius nil esse potest, quam eam, quam viuit, re viuere vitam, quoniam vita est basis, & fundamentum omnium aliorum viuentis bonorum: quænam enim bona vitæ suæ sua sine vita perciperet caro? nulla certè: sic & eam viuens, & cætera eiusdem percipiens bona vitæ, quod sibi bona videantur, nulla est dubitatio: similiter, quod huiusmodi homines animaliter viuentes ad peccandum ignoranter adducti esse videantur ipsa quoq; manifestat ratio, quia cum caro, animalisq; natura, secundum quam huiusmodi homines viuunt, ea re vera, nō solum quę Dei, sed etiam quæ hominis sunt, non capiat, capere nec valeat, quia supra suam sunt speciem, circa etiam illorum perceptionem ignoranter peccet, consequens est, quia quod caro suę propria bona vitæ, ac vitamet ipsa re vera vero homini, hoc est animæ rationali sint peccata, ac detestanda mala, quatenus caro, percipiat, impossibile est, quia hoc scire, suæ excedit vires naturæ, atq; suę transcendit virtutem, & limites speciei, extra quas, & quos prætergredi possit, ipse Deus & natura vetant, id ergo non euenit, quia mentis nostræ sit cæca voluntas, sed quia huiusmodi, tanquam nō veri homines, quod intra se de actionibus à se opere cōplendis concipiunt iudicium, non ab ipsa educunt ratione, quę rectus nostrę est humanitatis actus, qui nos ab alijs differ-

re

re facit animantibus, & nostræ est proprius speciei index, per quem ab alijs animantium speciebus re distingui cognoscimur: non à consilio, in cuius manu, & potestate à Deo relicta, & commendata fuit humana vita nostra, quoniam illa ab ipso omnino pendet: non a superiori iudicio, quod in nostræ concipitur substantia mentis, & à quo, & in qua humanę nostrę sunt desumendæ deliberationes, à quarum desumptione humanæ nostrę procedit formalitas naturę. *Prou. c.* 3. *num.* 22. *c.* 4. *num.* 21. 22. *&* 26. *c.* 8. *num.* 12. *c.* 13. *nu* 10. *&* 14. *c.* 16. *num.* 22. *c.* 28. *num.* 5. *&* 26. *Eccl. c.* 15. *nu.* 14. *c.* 37. *nu.* 17. *&* 20. *Psal.* 118. *num.* 137. *Psal.* 16. *num.* 2. sed hi, tanquam serui à sua subiugati carne, prædicta potius à pura suæ educunt voluntate carnis concupiscentia appellata, quæ non mentis, sed carnis est facultas, & quæ eis sic prędominans, ac sua subiugans lege, in illis etiam dum agit, parit peccatum, peccatum verò cum consummatum fuerit generat mortē, propter hoc scriptum est, quod per carnem peccamus & per peccatum morimur. *Iac. c.* 1. *num.* 14. *&* 15. *c.* 4. *num.* 1. 3. 4. *&* 5. *Apost. ad Rom. d. c.* 7. *num.* 23. *&* 25. *c.* 8. *num.* 5. 6. 7. 8. *&* 13. *Ad Gal. c.* 5. *num.* 16. 17. *&* 19. atq; ab ipsa inferioris æstimationis iudicij, quod ex phātasmatibus in ipsa effictis concipitur phantasia, quod cum brutis cōmune habemus, propterea secundum illud agentes animaliter viuunt, & operantur, sic viuentes, & operantes peccant. *Iob. c.* 31. *num.* 7. 9. *&* 1. *&* 2. *Eccl. c.* 9. *n.* 9. *&* 11 *c.* 18. *n.* 31. *c.* 23. *n.* 23. *&* 24. *Gen. c.* 3. *n.* 3. *& alijs superius allegatis:* in hoc ergo iudicio inferiori si talia iudicata fuerint esse bona, ex eo id euenit, quia illa verè animalis sunt naturæ propria bona, atq; ipsius carnis naturalis vita, quia in illo non rerum cribrantur, vel examinantur veritates, sed quæ carni, & animalitati nostræ placent, suggeruntur, atq; subministrantur. Attentè ergo animaduertamus oportet, num oblatæ operationes, quæ à nobis opere perficiendæ proponuntur, ab hoc inferiori nobis suppeditatæ fuerint iudicio, vel eas nos, nostram vt decet præexcellentem naturam à superiori ratiocinando eduxerimus iudicio, quia si non pura nos animalia, sed homines fecit Deus, nō etiā vti animalia, sed vti homines agamus, necesse est: mēte ergo si homines sumus, mēte viuamus oportet, mente verò viuentes, & agentes facta carnis non perficiemus, quia illorū opera se oppugnantia tollunt. *Prou. c.* 14. *n.* 16. *c.* 15. *n.* 24. *Eccl. c.* 33. *n.* 15. *&* 23. *Apost. ad Rom. dd. c.* 7. *n.* 23. *&* 25. *c.* 8. *n.* 13. *Ad Gal. c.* 5. *n.* 16. *Iac. c.* 4. *n.* 4 *&* 5. *Sap. c.* 1. *n.* 5. *P. Reg. c.* 15. *n.* 19. 29. 21. *&* 24. aliter verò si fecerimus, nō ex eo id prouenire, vel prouenire cū veritate di-

cere

cere poterimus, quod cęcā nobis Deus dederit volūtatē, sed quia animalē elegerimus, & nos delectat viuere vitam, ideò si homines esse ex libera nostra libenter ignorare voluerimus voluntate, & intra nosmet ipsos cōceperimus cogitationes, quę sint sine intellectu, ex hisq; sic intra nos cōceptis puros nos nobismet ipsis exhibentes animales rectè agere desierimus, & incompositā incipiemus viuere vitā, quod à nostri id proueniat aliqua ineptitudine cōpositi, vel ipsarū componentiū partium existimare non debemus, quia Deus nos rectos fecit, vt rectè viueremus, & cuncta, quæ fecerat erant valdè bona, & perfecta in semet ipsis, sed quia nos nostra abutentes libertate carni nostræ magis, quam Deo seruire voluerimus, Spiritu Sancto de his sic nos cōmonente: *Intelligere noluistis, vt benè ageretis, sed cogitationes* intra vos, *quæ sunt sine intellectu, concipitis*, quia eas non à superiori, sed ab inferiori eas educitis iudicio, quarum ductu, quasi puri animales essetis, deferri vos sinitis, *ex adipe propterea carnis vestrę, secundum quam viuitis, vestræ scatent iniquitates, quia puri carnis actus homini sunt peccata*, ego autem vos non puros animales, sed homines feci, vt tamquā homines, non tamquam animalia viueretis, si ergo mente homines estis, *mente viuatis, & opera carnis non perficietis, Psal. 35. num. 4. Psal. 31. num. 9. Psal. 48. num. 13. Psal. 72. num. 7. Sap. c. 1. nu. 5. Prou. c. 19. num. 2. c. 28. num. 5. Eccl. c. 14. num. 20. & 21. c. 15. num. 18. c. 31. num. 10. c. 33. num. 23. Iac. c. 1. nu. 14. & 15. c. 4. num. 1. 2. 3. 4. & 5. Apost. ad Rom. c. 7. num. 23. & 25. c. 8. num. 5. 6. 7. 8. & 13. Ad Gal. c. 5. num. 16. & 17. c. 6. nu. 8. cum alijs superius citatis* etsi scimus, & confitemur, quod caro, & mens nostra ad inuidiam concupiscunt, & ipsarum actus inuicem sunt sibi ipsis exaduerso contrarij, se seq; perpetuò oppugnant, & inuicem tollunt, nam mente, & actibus eius Deo seruimus: carne verò, & actibus eius Dæmoni, & morti, hincq, clarè cognoscimus, quod caro Deo, & menti nostræ est inimica, & consequēter qui carni suæ amicus esse voluerit, Deo inimicus constituetur, & quod opera carnis ita nota re sunt, vt omnibus manifestè pateant, hoc est, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, rixæ, dissensiones, sectę, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes, & his similia. *Apost. ad Rom. c. 6. num. 15. & 20. c. 7. num. 23. & 25. c. 8. num. 5. 6. 7. 8. & 13. P. ad Cor. c. 2. num. 11. & 14. c. 9. num. 27. Ad Gal. c. 5. à nu. 16. ad fin. cap. c. 6. num. 8. Ad Eph. c. 5. nu. 5. Ad Colos. c. 3. num. 5. 6. & 7. Iac. d. c. 4. num. 1. 2. 3. 4. & 5. c. 1. num. 14. & 15. Apoc. c. 22. nu. 15.*

& paſ-

& passim per vniuersa scripturę loca. Vnde, quæso, hæc ignorantia, vt nobismet ipsis, & alijs persuadere nitamur, quod sub specie boni ad ignoranter peccandum nostra adducatur voluntas? nonne hinc timere, & tremere possumus, quod ista arte Dæmonis conflata sint, vt declinemus cor nostrum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis nostris? *Psal.* 140. *num.* 4. *Io. c.* 15. *num.* 22. *Gen. c.* 3. *num.* 5. 6. *&* 13. nonne Iob nobis constanter affirmat, quod sola *praua de virgine cogitatio*, concupiscentiæq; sensuum nostrorum sectatio *actu nos in mortales constituunt culpas*? *c.* 31. *num.* 1. 2. 7. *&* 8. *Eccl. c.* 9. *nu.* 9. 10. *&* 12. *c.* 18. *num.* 31. *Io.* 1. *c.* 2. *num.* 16.

Si ergo scimus, quod ea, quæ hominis sunt nouit, nemo, nisi spiritus hominis in ipso qui est homine. *Apost.* 1. *ad Cor. c.* 2. *num.* 11. ad humanos consequenter actus eliciendos, eligendos, decernendos, & opere complendos caro tamquam agens forma non concurrit, concurrere nec potest, sed tamquam materia merè passiua, & spiritui nostro pænitus subiecta, quia prædicta omnia re vera ad nostri pertinent directionem, & operationem spiritus, seu animæ rationalis. *Gen. c.* 4. *num.* 7. *Apost ad Rom. d.d. c.* 7. *num.* 23. *&* 25. *c.* 8. *num* 5. 6. 7. 8. *&* 13. *c.* 13. *num.* 14. *Ad Gal. c.* 5. *à num.* 16. *ad fin. cap. & c.* 6. *num.* 8. *Iac. d. c.* 4. *num.* 1. 2. 3. 4. *&* 5.

Quæ ergo, tamquam humana, à nobis agenda sunt ante omnia ab inferiori sunt educenda iudicio, quia illud non in mente, sed in ipsa concipitur phantasia, & illud cum brutis commune habemus, & hinc in consilium nostræ sunt introducenda mentis, ibiq; opportunis sunt ventilanda rationibus, ventilata autem in superiori sunt resoluenda iudicio, quia à consilio dilucidantur veritates, & ad verum deducũtur lumen, à quo recta omnis nostra procedit operatio, quæ nostra est verè vita, quia cognoscimus, vt re operemur. *Psal.* 66. *nu.* 3. *Prou. c.* 3. *num* 22. *& seqq. c.* 4: *num.* 22. *Sap. c.* 8. *num.* 6. *Mat. c.* 7. *num.* 21. *&* 24. *Iac. c.* 1. *num.* 22. 23. *&* 24. huiusmodi verò luminis illustratio, & illustrationis retentio, & conseruatio oculi sunt ipsius voluntatis, quorum acie, & perspicatia, quæ in iudicio mediante præfata consultatione ventilata fuerant, rectè perspicit, ex ijsq; sic perspectis, quæ optima sunt, eligit, & opere complet, optimi autem electio, & operatio ipsius recti, & proprij sunt voluntatis actus, nam, si certum est, quod rectos nos fecit Deus, vt rectè ageremus, ex antecedenti etiam necessariò, vt recte agere valeremus, ad id aptos, & idoneos nos fecerit, postulat ratio, alias & rectos nos frustra fecisset, ac pręcepisset

quod

quod rectè ageremus, si rectè agere apti, & idonei non fuissemus. *Ecclesi. c.7. num.* 30. *Eccl. c.*27. *nu.* 9. 10. *&* 12. *c.*14. *num.* 21. *c.*33. *num.* 23. *Psal.* 118. *num.*7. *&* 59.

Si voluntas ergo tamquam summa in iudicio præsidens arbitra meliora,& oportuniora eligere potest,& facto,si vult, eligit:& ea meliori, & aptiori modo, quo exequi, & opere compleri possunt, si vult, exequitur, & opere complet, vel compleri iubet: & huiusmodi melioris,& aptioris electio, & operatio ipsius sūt recti,& proprij voluntatis actus à suo pendentes nutu, cæca etiam non sit, consequens est, alias, quæ diximus facere posse, re vera facere nō posset: nec actus, quibus ea opere eligeret, & compleret, sui recti, & proprij essent, esseue possent actus: Neq; his obstaret, si dicerent, quod etiam contrarium facere possit, si velit, quia causa, propter quā voluntas nostra ad nō recta, & mala declinet, re vera non est illius interna cæcitas, sed ipsius libera agendi libertas, libertas autem vtrumq; quod sibi magis placet, faciendi necessariò ab ipsa operante voluntate non excludit recti, & boni cognitionem, immò eam in ipsa necessariò includit, & supponit, quia si illi huiusmodi non fuit data libertas, vt nō recta,& mala faceret, sed vt recta, & bona rectius, & excellentius facere posset, & re vera faceret, & huius rectior,& excellentior operandi facultas, & ratio in ipsa præcisè fuit constituta voluntate, ad hoc, vt illa tanquam amoris origo, Dei,& virtutis amore prædicta opere compleret, humana proptereà vita nostra, à nostra quæ pendet libera voluntate, secundum Dei eam creantis intentionem dicitur esse *thesaurus sine defectione sanctitatis, & iustitiæ. Eccl. c.*17. *nu.*1 *&* 6. *dd. c.*14. *nu.*21. *c.*27. *nu.* 12. *c.*30. *nu.* 23. *c.*31 *nu.*10. *c.*33. *nu.*23. *Io. c.*14. *nu.*21. *&* 23. *c.* 15. *nu.*10. *c.*16. *nu.*27. *Gen. c.*1. *nu.*26. *&* 27. *Sap. c.* 8. *num.* 6. *Apost. ad Eph. c.*1. *nu.* 4. *c.*2. *num.*10. si ita est, non etiam cæca sit, sed, quid agat intelligat necesse est, si verò mentem nostram nostræ voluntariè subiugauerimus carni. *Pet.* 2. *c.*2. *num.* 19. *Apost. ad Rom. c.*6. *num.* 16. *&* 20. *Io. c.*8. *num.* 34. caro etiam illi domina facta, quippè quæ non ea, quæ spiritus sunt, sed ea tantumodo, quæ sua sunt, percipit, si in nobis sic sibi subiugatis agendo, & operando carnalia suā sibi videantur esse bona, nemini mirum videri debet, quia re vera illa sibi sunt naturalia bona: etsi ignoranter peccet, hoc euenit, quia sibi impossibile est, quod percipiat, quod bona sua spiritui nostro sint peccata, & nefaria scelera, quia quæ spiritus sunt nullo potest percipere modo, quia suam sunt supra naturam, & suę limites transcendunt speciei. *Apost. ad Rom. c.*7. *num.*

num.23.c.8.num.5.6.7.8.& 13.P. ad Cor.c.2.num.14. Ad Gal.c.5. num.16.& seqq. vsq; ad fin. cap. Mente ergo si Deo seruimus, hominesq; sumus, & recta facimus, mente etiam viuamus, & operemur, oportet, & tunc opera carnis non perficiemus, non perficientes non peccabimus, & clarè cognoscemus, quod nostra non est cæca voluntas. *Apost. ad Rom. dd. c. 7.num. 23.& 25. ad Gal. c. 5. num. 16. cum alijs allegatis.* & quod ignoranter ad peccandum non adducimur, nam etsi certo modo peccantes stulti esse videamur, quia, nobis quæ noxia sunt affectemus, & quęramus. *Prou. c.1.num.22.c.9.num.5. & 6.* scimus tamen hoc nobis Deo, natura, & conscientia nostra dictante, quod aduersus Dei, naturæ præcepta, propriumq; nostrum facimus bonum, & hoc tunc clarè videbimus, & confitebimur, *cum liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, vnde mundus iudicetur*, vt in quãplurimis exemplis superius positis manifestè patet, ac ex multis alijs sacrarum scripturarũ auctoritatibus pręsertim. *Prou. c.6.n.23.& seqq. vsq; ad 30.c.8. nu.1.4.32.& seqq. vsq; ad fin.cap. Eccl. c.18.nu. 31.c.21. nu. 2.c.7. nu. 1.c.12. num. 13. Apost. ad Rom. c.2. num. 15. Sap. c.1. nu. 12.* sed carni nostræ, eiusq; concupiscentijs, & alijs appetitionibus nostris complacere volentes id non curamus *Psal. 49. nu.16. & seqq. vsq, ad 23. d. Psal. 35. num.4. Apost. ad Gal. c.5. nu. 17. 19. 20. 21. & 24. c.6. num. 8. Ad Eph. c.5. nu. 5. & 6. Ad Colos. c.3. num.5.* per quæ semper in deteriora prolabere possumus. *Apost. 1. ad Tim.c. 6.nu. 10. Ad Eumdem secunda c.3. nu. 4. 6. et 8. Pet. secunda c.2.nu.2. 10. 12. 13. 14. et 15. Iudæ sua vnica nu.8. 10. 18. et 19.*

Hæc ideò in medium afferre præterire noluimus, vt aliquis vir prudens super his matura consideratione habita, Deiq; actus spiritu, quid ad Dei maiorem sit, prodeat, gloriam, vt diuinæ eius Maiestati in omnibus semper reddatur Laus, gratiarum actio, honor, & gloria in æternum, & in sæcula sęculorum Amen.

FINIS.



Ex Speciali mandato Reuer. P. Inquisitoris Bononiæ hascè disputationes acuratè perlegi, nec aliquid, quare typis denegentur, inueni.

F. *Honorius ab Assumptione Carmelita Excalceatus Philosòphiæ Lector.*

Vid. D. Inuentius Tortus Cler. Regul. S. Pauli, Pœnit. in Metrop. Bonon. pro Eminentissimo, ac Reuerendissimo Card. Boncompagno Archiepiscopo, & Principe.

Stante supradicta attestatione.

Imprimatur.

F. *Paulus Hyeronimus Giaconus de Garrexio Ord. Præd. Theol. Mag. Vic. Gener. S. Officij Bonon.*

